(2)




Digitized by Google



Digitized by Google



# EMINENTISSIME
## PRINCEPS.

EXCELSIS tuis meritis, abderitica mente, irretitus, Cœli facul profectitios exarbitratus sum; Nec me illa fefellit, eorum quippè scatebram dum perquirerem, fauentibus AQVILÆ, Imperatorum Auorum tuorum alis, ex Superis deuolasse comperi. Quid igitur mirum si eam infortunij, NEC FVLGVRA lædant? Prælo ideò indaginem subigendam cùm animaduertissem, alio, quàm nominis tui Numini, immolandam nefas putaui. In te enim, tamquam immaculato speculo Auorum tuorum, & tui in eis glorias introspicias. Suscipe itaque, Eminentisime Princeps, obsequij mei formulam, forma



Digitized by Google

quamquam informem, & arridam, materia tamen formatam, & acinosam, quam humiliter offert

Emin. Tuæ


Deditissimus

*Julius à Puteo.*

Verona vlt. Aug. M. DC. LVI.

AVCTO-

Digitized by Google



# AVCTORVM NOMINA
## è quibus Opus collectum est.



*Vrelian. de reb.* ***Græc.***
*Abraham. Ortel.* ***Cosm.***
*Ant. Bonfin. descrip.* ***Græc.***
*de antiq. Græc. de ant.* ***Nob.***
*Acta Senatus Excellentiss.* ***Taurin.***
*Baronij Epit.*
*Equit. Germ. Itiner.*
*Fulign. de reb. Græc. Imper.* ***Græc.***
***Franciscus Sansouinus Illust. Famil.***
***Ferdinandus Vghellus Abb. Itiner. Sacr.***
***Gregoras. de reb. Græc.***
***Genebrard. ad ann. Baron.***
***Hieronym. Henninges Gen. tabell.***
***Iohannes Tarcagnota Historia Mundi.***
***Ianuenses Historiæ.***
***Instrumenta publica.***
***Lapides antiqui.***
***Mercator Tab. Græc.***
***Marcus Guazzus in Cron. Mundi.***
***Melitenses Historiæ.***
***Manuscripta Anonymi Iesuitæ, & arb. Geneal.***
***Numismata arg. & ærea.***
***Nicetas Coniates rer. Constantinop. Imper.***
***Nicolaus Dolionus Theatr. uniu. Princ. & Hist.***
***Paulus Rannusius bell. Constantinop.***
***Paulus Morigia Histor. Mediol.***
***Scripturæ Familiæ aut.***
***Spondanus ad ann. Baron.***

Ad

Digitized by Google




Ad Eminentiſs. Fratrem

# IOHAN· PAVLVM
# LASCARVM

## Magnum Melitæ Præceptorem,

IN EIVS IMP. PROSAPIÆ GENEAL.

*Ab Cognato meo D. Julio à Puteo Iudice Coll. deſcripta.*




Anguine dum nimium cenſeris, LASCHARE, longo,
Maiorum referens Imperiale decus.

Non Pyladen ſpacioſa ſuum ſuper ipſa Vetuſtas,
Fertur & Alcides Nobilitate minor;


Non mage te Pario mirarer viuere ſaxo,
Finxiſſet Phidiæ te licet ipſa manus,

Quam nunc te IVLI præbent monumenta colendum;
Viuere non melius poſt tua Fata potes.

*Barth. Ant. à Puteo Ver. Eq. Hier.*

All'

Digitized by Google



All' Eminenza

# DI F. GIO. PAOLO LASCARI


## GRAN MAESTRO DI MALTA,

PER LA GENEALOGIA DELLA SVA IMPER. FAMIGLIA,

Descritta dall' aurea penna dell'Illustrissimo Sig. Giulio dal Pozzo Nob. Veronese, &c.



*Del Libico Ciel Famoso Atlante,*
*O di Stirpe Regal Inclita Prole,*
*Mira vinto l'Oblio, che già si duole,*
*Per i vanni tarpati al Veglio errante.*




*Sù la ruota fatal fatta costante*
*Questa de gli Aui tuoi vergata mole,*
*In Tè l'Eternità vagheggia, e cole,*
*Degno Tipo d'Honor trà Glorie tante.*

*Già che de' Sacri Eroi sei MASTRO, e Duce,*
*Per le tue regie fasce, e merti innati,*
*Più di Castore sei, più di Polluce.*

*Sdegna l'AQVILA tua gli Astri gemmati:*
*De l'Auriga Celeste ama la luce;*
*Indi i fasti d'vn Febo à Tè son dati.*

Christoforo Iuanouich.

Per

Digitized by Google

Per le Memorie

# DELL'IMPERIALE CASA LASCARI,

*Descritta dall'Illustriss. Sig. Giulio dal Pozzo Nob. Veronese, &c.*

## Alludendo all'Aquila Impresa Gentilitia.



*Atia de i sette Colli, oue nudrita*
*Dianzi l'AQVILA fù del Tebro à l'onde;*
*Là del Bosforo Trace in sù le sponde*
*Gì per molti anni à coltiuar la vita.*

*Poi sù l'Eusino Lido, indi partita,*
*Lasciò di noui Eroi l'aure feconde,*
*Fino, che ad innestar la Regia fronde*
*Volò sù l'Istro, immortalmente ardita.*


*Mà il Germe, che fetò l'Augello industre,*
*Errando poi dal Trepezuntio solo*
*Sprezza in estero suol nido palustre.*

*Quindi acciò torni à rigoder il Polo*
*Con l'acque sue immortali vn POZZO Illustre*
*Le spruzza il rostro, e le rauuiua il volo.*

Antonio Cariola.

DE

Digitized by Google



# DE IMPERIALIS FAMILIÆ LASCARIS ORIGINE.



Ascarorum gloriosissima Gens, per Europam nedum, sed per Asiam, & Orbem, micantes eius fulgores adeò prolatauit, vt virtute, & natalibus opitulantibus, ad Imperij vsque fastigium euectam intueamur; Quo autem primum radices fixerit, cùm in maximæ antiquitatis tenebris obuersetur, sub Scriptorum quæstione pendet, ac certitudo delitescit; Heraclea enim Vrbs, ad pedem Oetæ montis, propè Meliacum Ægei sinum, eam, ab ortu, indigenam habuit, ibique, ob Imperij fluctuationes, Ciuilibus agitata agonibus, profligatis aduersæ factionis hostibus, tres Vrbis præcipuos vicos inuasit, quos, asserit Gregor. lib. 4. adhuc Gentis spectatissimæ nomen retinere. Non procul ab Heraclea, ad eiusdem Æquoris littus, iuxta Possidium promontorium, sita est Larissa, amœnis regionis, Ciuitas, quæ non vnicum tantum Achillem genuisse contenta, tot Lascarianæ Gentis Heroum mater arbitrari ambiuit, vt Mercat. in tab. Græ. refert; In hac plus centum Stemmata Gentis antiquissima (preter innumera, quæ ad littus, Æchino tenus, in magnificarum Ædium ruderibus conspiciuntur) Aquila bicipite, Imperiali exornata diademate, super spectatioribus habitaculis reperiri, scripsit, inter alios, Fulign. de Rep. Græcor. lib. 2. & mirum animaduertendum, ne in tantis cladibus, & Vrbium subuersionibus, vix vnum aboletum remanserit (populorum, erga tantam speciem deuotionis, vnicum argumentum) adeoq; Familiæ huius progemmatrix exarari iactat, vt ex eadem, Theodoro, Imperiali corona insignito, in eius decus, Ciues Triumphalem Arcum erexerint, cuius lipsana hæc verba demonstrant.

*Gregorius Lib 4*

*Mercator tabul Græc*

*Fuligno de republica Græcorum Lib 2.*

A D. D.

Digitized by Google

D. D. LASCARIS
GRECIÆ GLORIÆ
QVIA LARISSÆ GENITIS.

Fulignat. lib. 4. cap. 13. Lysiam Peloponessi, annis antea plus mille noningentis, propaginis huius progemmatricem, fuisse putauit, multosque, ex Nobilissimis huius Viris, ad Vrbem visendam, tanquam vetus domicilium, iter fecisse inquiunt, idque Theodorum quoque II. Imperatorem Lascarum credidisse, Diplomata Vrbi concessa comprobant; ibique Gentis adhuc Germina pullulant. Aurel. lib. 2. refert, à fidelium exercitus militibus, in Byzantica expeditione, multa Gentis præclara monumenta, Apamiæ, obseruata fuisse, & præsertim in Larario D. Laurentio sacro, quod, cùm ab ipsa dotatum, & erectum fuerit, super laterali Ianua, hæc marmore erant insculpta.

D. D. LASCARIS
FVND. ET RES.
ÆTER.

Quæ ita restituenda haud ambigimus.

DOMINORVM DE LASCARIS
FVNDATORVM ET RESTITVTORVM
ÆTERNITATI.

Libyssa, Bithiniæ Vrbs, adhuc Lascaros, ab Imperatoribus germinatos, sicuti Nicæa, habere gloriatur; Hinc non adhuc diremptum est iurgium, An Larissa, vel hæc potius, Genti præstantissimæ, originem dederit. Maior Historicorum numerus æquiuocum fuisse, in nominis similitudine arbitratur, pro cuius rei veritate, ego subado, id facilè accidi potuisse, quia Larissam esse iuxta Promontorium Possidium, iam annuimus, à cuius æquinonimo, non longè est Lybissa, sed hoc in Bithinia, illud inter Pelasgicum, & Meliacum sinus locatum est. Id tamen inexitandum, Nobilissimæ Familiæ radicem adeò priscam esse, vt innumeris surculis germinatis ( itaut Fulignat. lib. 17. reb. Græc. Trapesuntis, Theodorum Imperatorem Lascarum; anni tantum curriculo, nouem supra decem nepotes coniugio iunxisse, ostentasse affirmet) harum vtramq; Vrbium incoluerint. Libyssæ idem Fulignat. lib. 7. adhuc superstitem esse asserit, vbi Theodori Imperatoris matris, Mausolei reliquiæ, modo quoque visentur. Credendum hinc est, quòd cùm Lybissa, Apamiæ, & Cæsareæ finitima sit, ob id, ad illam item, Principes Imperium prolatassent, ibiq;

tanquam

Digitized by Google

tanquam in Vrbe mediterranea, & à Barbarorum decursionibus longinqua, sedem constituissent, Quod idem de Nicæa Bithiniæ dicendum adeò, vt Lascarorum Asyllum nuncupata fuerit.

Trapezuntis quoq; Gentis gloriosæ supersunt reliquiæ, affectante enim Imperio Balduino Flandriæ Comite, Byzantij, ab Cruce signatis, acclamatus est; Ea verò in Vrbe Theodorus Lascarus, magna Baronum manu comitante, Asiaticum fixit Imperium, primusque Asiaticus Imperator nuncupatur, quod opitulantur, inter cæteros, Equites Germani. itiner. lib. 5. c. 3. qui, ex obrutarum Ædium fulciminibus, Equestre Theodori simulacrum, mirifico elaboratum artificio, anno 1627. sed antiquitate corrosum, exanthlatum fuisse, & ab eis visum affirmant, cui hæc, sed Græca verba substabant.

D. THEODORO. DE. LASCARIS.
PRIMO. ASIATICI. ORIENTALIS.
IMPERII.
D.

Aurel. lib. 9. inquit, in eadem Trapezuntis Vrbe, Barbarorum feritatem, Imperialium Ædium elegantissimis pepercisse columnis, in quarum, cæterisque exitijs, numismata reperta sunt, quæ ab vno latere satellitem, alis expansis, vngulis fulmina minantem, ab alio coronam machœra suffultam, hisce circundatam literis, habebat.

LASC. COR. IN.
FVLM. ET. ENS.

Quæ sic legendæ sunt:

LASCARORVM CORONA. IN
FVLMINE, ET ENSE.

Vrbis mœnia, adhuc, supra sexcentum Aquilanis armis, signata suspiciuntur, & Vicus ab Hyssa Poste. (sic à magnifico Portu appellata) ad forum vsque, Lascarorum Vicus nuncupatur, eo quod Lascari Barones eum cohabitassent.

Ex scriptis ideò potius Larissæ, quàm cæteris fauendum, hanc etenim speciem, non Asiaticam Bithinicam, quo Lybissa iacet, sed Europeam Græcam esse, satis compertum est, neque credendum, Larissæ Nobiles (tempore præsertim, quo reflorebant Græcæ Virtutes) supra exaratum elogium, pro rostris posuisse, cum illis verbis. QVIA LARISSÆ GENITIS, nisi Lascaros Conciues habuissent.



Cygnetus Germanorum itinerarium lib. 5 c. 3

Per alias inde Vrbes, & Regiones ijdem Heroes dispersi fuere, Quotidie quippè eorum adaugescente potentia, varia loca incoluere, & primum Corinthiaci Sinus dominio potiti sunt, eiusq; sedem constituerunt Hermionæ, Peloponessi Vrbis, non procul ab Argolico Sinu, Qua inde terræmotu conquassata, & prostrata, Metropolim fecerunt Creusam, eiusdem Sinus Vrbem, vbi, cùm proximiores ad comercia essent, cum Heracleæ, & Larissæ populis, affectione eis apprimè colligatis, Oetæ Montis transitum, cunctasque super Flumine Ismeno Ciuitates, facilè occuparunt. Græciæ inde florem, vt ita dicam, degustarunt, dum totius Peloponessi Imperium acquisiuerint, sederuntq; in scripta Vrbe Lyssia, regionis corde, opum, & Nobilium Familiarum veluti Emporium, idque fundamentum Gentis fuit originis iam dictæ.

Ab hac non longè admodum, inquit Aurel. de reb. Græc. lib. 77., in Vrbe Psophi Lascaros hucusque reperiri, qui, Imperatoribus atauis, progematos fore, gloriantur; ibique ab Michaelis Paleologi tyrannide, seu potius proditione maiores deportati.

In eadem Peloponensi Regione, Megalopolis Ciuitas est, quæ, ex priscioribus monumentis, ab hac Nobilissima Prosapia originem suam traxisse, comperitur, in cuius ditionis Oppido, Græci characteres, Lascarorum nomen exprimentes, lauro, palmis, sertisq; contexti reperiuntur, de quibus meminit Ant. Bonfin. desc. Græc. lib. 8. Nec desunt Numismata, quæ eorum gloriam patefaciunt, siquidem in Magnificarum Ædium fulcimentis, apud Corynem Vrbem, tum ænea, tum argentea reperta sunt, cui ab vno latere Gentilitia Aquila, ab alio hæc (ast Græca) verba erant insculpta.

LASCARORVM FELICITATI.

Hæc tamen Imperia, cùm Gentis magnanimitatem non æquarentur, per alia loca Lascari sunt diffusi; nam, magno eorum ærario, Naumachia parata, Sinum Thermaicum petierunt, statimque, miranda armorum felicitate, Thessalonicam occuparunt; nec magno temporis curriculo, Pellam, veluti inexpugnabilem Vrbem, ob positus nedum, sed ob Castri custodiam, ac excubias, obsiderunt. In Traciam exin nauigarunt, vbi cum eius Gentilibus, Gratianopolis accolis, colligati, eam Vrbem, & Nicopolim habuerunt. Non adeò postmodum Nicopolenses, falaci astu, Andrinopolis Nobiles excitarunt, vt Arma contra Dominos caperent,

Digitized by Google

perent, quo impulsu agitati Heroes gloriosi, non solùm Andrinopolim obtinuerunt, sedemque constituerunt, verùm iterum Nicopolim rebellem, Trepiam, Macisiam, Ligiam, totamque vsque ad Rhopodum Montem Regionem, eorum adiecerunt Imperio.

Plegra, Saccora, & Selca, insigniores Capadociæ Regiones, se Lascaris subiecere, annoque 1628. Equit. Germ. in eor. itin. lib. 3. Anticimolis. Ditionis Metropolis tresdecim Lascarorum Domos, cum Stemmatibus Gentilitijs, adhuc asseruatis, computasse affirmant.

Colchides ferissimæ Gentes sunt, quarum tamen feritas à Lascarorum comitate superata, eas maximo Subditorum amore sunt dominati, idque mirum est, quod fert Ant. Bonfin. rer. Græc. lib. 8. c. 3. quod ad veteris moris instar, quo scilicet, vel gratia, vel indignatione Principum, & Deorum, iuramenta firmabantur, adhuc isti, dum iusiurandum proferunt, aut Lascarorum amorem, aut odium inuocare consuescunt.

Antonius Bonfin Rer Græc.

Heptacometam Colchidis Prouinciam, primo Imperialis fastigij ingressu, subiugarunt, vbique erant Athenæ structæ, marmorea Lascarorum Imperatorum simulacra, à Selino Turcarum Magno, dirupta, ijdem Germ. Equites conspexere lib. 3. quarum vnæ, frustis simul collectis, & Libyssam à superstitibus Lascaris transductis, simulque concinatis; magno Ciues gaudio sunt affecti. Ad huius pedem hæc extant verba:


D. THEODORO LASCARI
IMPERAT. ASIAT.

Hæc non, vt Gentis dominia, & factiones demonstraremus, exarauimus, præter hæc enim, Hænetos quoque, Caucones, Marandinos, Paphlagones, & ferè totius littoris, ad Trapesuntis partem Euxini Ponti populos, & alios (de quibus inferius sermo agendus) dominata est; sed, vt vbi imperandi causa, Nobiles de Lascaris peruagati fuerint, breuiter dignosceretur.



D.Emma-


Digitized by Google




Im-

Digitized by Google

# Imperialis Familiæ Lascaris Genealogia.



Nter Europæ Regiones, aeris salubritate, telluris vbertate, & literarum cultura, cuncta Græcia antecelluit, ob id à quamplurimis, siuè totius, siuè partis Imperio affectato, bellis, tùm ciuilibus, tùm finitimis, tùm barbaricis, & longinquis sæpius ferè attrita remansit. Hinc mirum creditur, Scriptorum lumina vigere potuisse, quæ, vsque ad Annum Christi millesimum, Arboris Imperialis Familiæ Lascaris radicem perducerent. Nam quamuis cum Orbe, vt ita dicam, antiquitate Familia contendat, assiduæ tamen militum incursiones, incendia, depopulationes, & cæteræ (quas secum bella ferunt) ærumnæ, amplissima alia monumenta obruerunt. Ex hoc ideò, citra annum illum, excedere non laboriosum, at impossibile fuit, ex Emmanuelis ideò Mysiæ, & Tenedi Principis, magnique Græciæ Dynastæ stipite, gloriosam descendentem Progeniem perducemus.

D. EMMANVEL Larissæ, ex communiori Scriptorum sententia, auram vitalem hausit, quidam verò, suprascripto decepti æquiuoco, Lybissæ ortum fuisse, malè crediderunt, ab monumentis ibi superstitibus, Emmanuelem memorantibus seducti, quæ tamen in illatorum beneficiorum, non originis, premium reportauit. Gloriæ cupidus, nauibus necessario munimine paratis, proprij Martis fortunæ militem se constituit, Ægeumque Pelagum arauit, & ad Mastusiæ, Cheronessi, Promontorium admotus, militum nauibus exoneratis, in Eleis Campis, seditiones, quæ ob Regionis ditionem vertebantur, ferro intercidit, eius inde virtuti, Imperij negotijs commissis, bipartitis in factiones Imperialibus copijs, à maiori ipsius parte comitatus, Helesponto nauigato, Troade, militum incursionibus deuastata, percursa, minorem

Mysiam

Mysiam inuasit, habitis primum Cyzico, quam sedem fecit, Scepside, indeque Pario, cum cæteris Regionis Vrbibus, Mysiæ Princeps acclamatus est. Armis iterum captis, Lampsacum, & Abydum, Helesponti Septentrionalis littoris Vrbes obtinuit, quæ cùm essent Tenedi Insulæ colligatæ, amore, eius item domi-nium acquisiuit, idque circum annum M. II. euentum fuisse affirmant Historici, in cuius rei comprobationem Equit. Germ. Itin. lib.7. c. 5. referunt, Tenedi, se lapidem, his literis appositis, conspexisse.

EMMANVEL. DE LASCAR.
MYS. ET TENED.
D. D.
POP. TENED.
D.

Quatuor ex hoc filios, in Stemmate, propositos intuemur, Licinium 1., Iohannem 2., Alexium 3., Luciamque femellam.

LICINIVS Patrijs ditionibus, viuente Genitore, successus, Anno M. XXVI. Peloponessi Principis genitam duxit, qua exinde causa, magnæ Regionis imperium, in Gentem præclarissimam, transductum est.

IOHANNES, cum fratre Licinio ex Fulignat. lib.4. & Aurel. lib. 8. de reb. Græc. scriptis recoluntur, hi enim asserunt, quod, dum alto pacis veluti conticinio, Myssiam, Tenedum, cæterasq; Patris ditiones Licinius primogenitus dominabatur, hic secundo gloriæ anxius, à genitore munitas naues, vt Imperij fimbrias prolataret, iteratis efflagitationibus, obtinuit, atque ex Cyzici Portu euolatus, Propontide traiecta, Tenedi Insulæ arreptus, Meliacum Sinum nauigauit, vbi littoralium Vrbium, & Larissæ, originalis patriæ, potissimum, emeritorum militum, copijs adauctis, Creticum arauit æquor, & Peloponessi Regione circumdata, fæliciterque Chelonata traiecto Sinu, Chorinthiacum ingressus, se illicò Achaiæ Propriæ Principem vocauit, dum Mediterraneæ ei quamplurimæ Vrbes obtemperauerint; Verùm finitimarum Regionum Principes, de talis fortunæ euentu certiorati, quorum præcipuus Peloponessi Dominus, Licinij inde socer, de Imperio suspicatus, copijs hinc inde paratis, dum Cyrham obsidebat, iuxta Ægiram Achaiæ Vrbem (vbi immunitæ aderant naues) aggressus est, qua inopinata impressione Iohannes, ne eas combustas redinueniret apprimè timuit, & eo magis cùm per terram equitare difficil-

Digitized by Google

difficillimum esset, Montium quippè asperitas, & singularis inimicorum transitus munimentum iter obstrigilabant; dum verò ad nauigationem verteret animus, & inter potentissima aduersa arma traijcere necessariò præuidebat, se, imminentis vtique periculi infortunio perpol subiectum dignoscebat.

His tamen, ab animi generositate superatis, Creusam prius petijt, inde iuxta Egiram ab inimicis aggreditur, quo in conflictu, se adeò audacem belligerum patefecit, vt naues quinque aduersas expugnauerit; Dumque ad pugnæ victoriam grandigraret, & Peloponessi Vexilli præcipuam Nauem transilire conaretur, in aptiori brachio, medicatæ spiculæ, vulnus reportauit, & ab asseclis, tanquam exanimatus, derelictus, cunctis ommissis, angore statim occubuit. Si Cænei in hoc fabula comprobata fuisset, Græciam, & amplius, dubio procul, domuisset.

ALEXIVS, tertio genitus, dum Io. Frater Martialibus exercitijs incumberet, Mysiæ gloriosè arma pertractabat, vt Aurel. de reb. Græc. refert. Interim Bithiniæ Populi, vt Græcos è laribus eijcerent, vnà cum Mysiæ accolis colligati conspirarunt: Neque molliti facinoris substinendi causam trepidabant Bythinici, cùm eius Portus, tum natura, cum arte opitulantibus, fermè inexpugnabiles, dignoscerent: Martis campum Iuliopolim constituerunt Lascari, quò, Ascaniam Paludem versus copiæ, vt Cæsaream, Apomeamque proprias Vrbes comigrarent, expeditæ fuere. Harum Præfectus Alexius à Parente, & Fratre constitutus, generosi cordis exuberantia ductus, non longè à Cæsarea, lapide, quamquam inimicorum numerus tertiò excederet, nec modico, Fortunæ ancipitis interstitio, hostes prima aggressione profligauit. Sed tali haud acquiescens adoreæ, dum superstites in fugam conijcere, proprio brachio intenderet, binis spiculæ vulneribus offensus, occubuit, cuius victoriæ, & necis, vnico nuncio, gaudio, & mœrore, affecti sunt Parentes, & Frater.

Ex Licinio, & ex D. Peloponessi Filia, tres intuemur in Stemmate Filios, Theodorum 1., Antonium 2., Rheneamque fœminam Cypri Principi, coniugio locatam.

THEODORVS Mysiæ &c. Imperio successit, pacificèque annis ductis, quatuor Filios habuit. Alexium 1., Alexandrum 2., Iohannem 3., & Irenem, quam Peloponessi Domino nuptam legimus.

ALEXIVS Parenti in ditione suffectus, ei Peloponessi Domi-



Digitized by Google

nium adiunxit; dum in memorati Leuiri locum successerit; Qui à Domesticis persecutus, tertio veneni medicamine incassum affectus est, hinc ditionem ex ducendæ Vxoris cognatorum patrocinio firmare animaduertit. Sponsam ideò IRENEM Alexij Sororem selegit, vt in eius subsidium maximam Lascarorum potentiam lacesciret, hoc pacto Larissæ inter partes conuentum est, vt absque filijs, decedente Sponso, Alexius Imperij sellam ascenderet; quod cùm statim euenisset, Paternis Imperijs Peloponessum adiecit. Filiam nomine Felicissimam hic tantùm habuit, de qua inferius sermo fiendus.

ALEXANDER, in ortu, mortem expertus est.

IOHANNES. Dum Calcedoniæ, Pontique Dominus, tùm ob finium occupandorum suspicationem, tùm etiam ob Dominij periclitationem, contra Theodorum Patrem arma cæperit. Supremæ eius curæ Parentis Copiarium Præfecturâ demandata est, quam Prouinciam cordatè adeò sustinuit, vt prima inimicorum occursione, sex horarum termino, Naumachiæ victoriam reportauerit. Nauis tantùm vna, peruicatia agitata, ferissimis obstitit aggressionibus, cuius expugnationi, cùm fælici euentu incumberet, pedemque ad Nauem vndis fluctuantem arriperet, & ad gloriæ Solem volare intenderet, in Mare ab vndis absortus decidit.

FELICISSIMA Alexij Filia memoratur ab Antonio Bonfin. lib. 16. de Antiq. Græc. quæ cùm vnigenita tanti Parentis esset, à quamplurimis Principibus in Vxorem ambita est, & dum virum, ex tot, seligere Pater excogitaret, Apumiæ, non sine veneni suspitione, virgo occubuit, in qua Theodori primi descendentiam restinctam, ex arbore, colligis, ad cæteros ideò Licinij filios deueniendum.

RENEA, Felicissimæ magna Amita, Licinij Filia, Cypri Domino nupta legitur.

ANTONIVS, à Theodoro Principe Fratre in subsidium Calcedoniæ Domini Patrui (antequam bellum, quod supra annuimus, inter eos, esset exortum) cum maxima Nauium copia expeditus est, verùm periculis multis superatis, grassante in proximis Nauibus incendio, combustus obijt anno Christi 1051.

ISAAC, Antonij Filius, Alexij temporibus viuebat, inter arma alimenta sumpsisse scripsit Aurelian. de reb. Græc. lib. 11. admodumque infestis Antonij hostibus, proprijs armis obstabat, cæterisque potentiæ modis fauebat, quando Antonius prolis spe desperata,

ſperata, ne Imperia extra Familiam exirent, Apomeæ teſtatus, Iſaachium hæredem, magno Subditorum, & Gentilium applauſu nuncupauit, hæc iſte ſumma pacis tranquillitate gubernauit, Libyſſæ tantùm ciuiles factiones ſuſcitatas vidit, quæ cum ortu periere, diſpoſitis enim neceſſarijs Dominij rebus, rebelles Ciues, vt Coloniam, in Bithiniæ finibus conſtruerent, deportauit; hucuſque Aurel. loquitur.

LICINIVS, huius Filius, bellorum incommoda expertus eſt, diem quippè Parente functo, Græci Principes contra eum conſpirarunt, itaut modico temporis interſtitio, referente Fulign. lib. 8. Peloponeſſi Imperium diremptum, & dominium, ab hoſtibus occupatum viderit. Verùm eius Copijs Myſiæ paratis, cæteris Gentilium adiunctis, ſtatim amiſſæ Regionis, Imperium redemit, Filiumque reliquit vnicum.

CONSTANTINVM, qui in armis adeò profecit, vt Iſaac Imperator, huius nominis Tertius, eum in ſupremum omnium Exercituum Ducem conſtituerit; hic ille eſt, quem memorant præcipuè Nicet. & Nicef. in Andrinopolenſi memorando conflictu, in quo dum Imperatorem proprio Æquo ſucumbentem, & Barbari hoſtis mortem proximè minantis captiuum, inopinanter deſpectaſſet, Machœra enudata, vindictæque libidinoſus, propria ſtrenuitate, Imperatore libertati reſtituto, ſingularem victoriam obtinuit. Quapropter Imperialis libertatis, & vitæ vindex ab Imperatoremet proteſtatus eſt. Obijt poſt annum circum M.C.VIII. ſex Filijs Patriæ gloriæ hæredibus relictis, Emmanuele ſcilicet, Licinio, Aureliano, Diocletiano, Arcadio, ſeù melius, vt voluit Co. Iacobus Zabarella in arb. Familiæ Laſcaris, Andronico, & Adriano, ex quibus cùm Emmanuel progeniei lineam perduxerit, ab alijs, quamquam poſtgenitis, initium ſumendum.

ADRIANVS Calcedoniæ Arcontis filiæ nuptus, Theodorum habuit, & Licinium, ex quo Irenes oritur, Auiæ gentili, in Calcedonia nupta.


AVRELIANVS ex Bithyniæ præſtantiſſima Matrona Emmanuelem habuit, in quo poſteritas, & Parentis gloriæ deſitæ ſunt.

LICINIVS binos genitos habuit, cuius poſteritatem in arbore inf. ſignato ✠. 1. intueris. De Diocletiano nulla fit mentio, ſed tantùm de

EMMANVELE, & ANDRONICO, quos lege in arb. ✠. 2.



Digitized by Google




IOHANNES, Licinij Filius, Constantini Nepos, inter magni belligeri famam, abegit, prius tamen ... maximæ Regionis Duce declarato.

ARCADIVS eius Frater maior, ab Imperatore, ob singula-

rem

Digitized by Google

rem armorum aptitudinem, Mediæ prius Comes, Imperij inde Princeps declaratus, Filium habuit.

EMMANVELEM, Patri haud dissimilem, ideoque ad Imperij despotæ decus sublimatus, quod apud Græcos, in militaribus factionibus, Imperatoris vicem constituebat.

CONSTANTINVS Peloponessi Despota, & Mediæ Dux, genuit præstantissimum Virum

MICHAELEM Ducem, quem ob natalium, & virtutum merita, supremum militaris Religionis aureatæ S. Georgij, Constantinianæ nuncupatæ, Præceptorem, totis Ordinis vocibus, addictum fuisse comperimur.

ANDREAS huius genitus, Dux Mediæ, Imperij despota factus est, eique successit inter alios Filios

IOHANNES Peloponessi item despota, de quo meminit Ant. Bonfin. de reb. Græc. lib. 2. dum in Orientalis Imperij fluctuationibus contra Mahometem Secundum, supremam ab eius pollutis, sacrisque manibus, Imperialem clamidem impollutam, sacramque per multum temporis, propria strenuitate sustinuerit, verùm, post Byzanticam prolixam obsessionem, cùm amplius milites obstare Barbari potentiæ nequiuissent, Vrbe ingressa, non adhuc capta esset, nisi inde, & ipse captus, mortuusque fuisset.

PAVLVS, Iohannis frater, filium quoq; habuit IOHANNEM, qui ex M. S. præclarissimæ Gentis sub Leone X. Romanæ Curiæ delitium nuncupatus fuit, nisique mors intercidisset, rubrum galeum aruspicante Curia obtinuisset.

MARTINVS, ALEXIVS, & PETRVS, Andreæ pariter filij fuere, & ex primo ortus est


FERDINANDVS, Hispaniam migratus, & supremæ Nobilitatis Vir dignotus, D. Mentiam de Toledo, Co. Albæ filiam, in vxorem duxit, ex quibus genitus est

D. GARZIAS, nuncupatus Lascaris, de Toledo, cùm in Comitatus Albensis ditione successisset. Ex hoc ideò Stipite

Albæ Comites eorum gloriosos Ramos prolatant, de quibus mentio nunc nostra non est, poterit quippè alius Hispanicarum Gentium magis gnarus, maiora nepotum subaddere, ad Emmanuelem ideò, & Andronicum Licinij fratres, & Constantini filios, quos in arbore ita ✠ 2. signatos conspicis, deueniamus.

Con-

Digitized by Google




IN huius Stemmatis extensione quamplurimos vidimus Auctores, qui diuersimodè loquuntur, & præcipui controuersi, Henninges auctoritate mouentur. Cùm verò in ambiguitate hesitauerim, Arbor Genealogica huius præclarissimæ Gentis occurrit se à Constantino vsq; ad superstites Emmanuelis Cæph. Co. descendentes extendens, compaginata à Viro nobilissimo, & antiquario percelebri; Co. Iacobo Zabarella Patauino Equestris Ordinis præcipuo, sub dat. Venetijs 6. Decembris 1653. ex auctoribus classicis, & authenticis documentis roborata, quam sequi in hoc cæteris posthabitis, intendimus, & apud Præstantissimum Virum D. Georgium Venetorum leuis armaturæ Præfectum asseruatur.

EMMANVEL in Mysiæ, & Peloponessi Principatu successit eius verò frater

ANDRONICVS, quem quidam malè fortè Arcadium memorant, secundùm Co. Zabarellam, proprio cognomento, Batazium adiunxit. Ex hoc natus est preter IOHANNEM, & ALEXIVM Antinoi Ducem.

THEODORVS, dictus Batazus, ex fratre verò alius

THEO-

Digitized by Google

THEODORVS, Alexij Angeli Imperatoris Gener, ducta Theodora ex Ludouici Francorum Regis filia suscepta, magnæ fortitudinis vir, qui ad Imperialis fastigij clamydem, absque iurgio, statim properabat, nisi Balduinus Flandriæ Co., qui in expeditione contra Turcas, & Sarracenos militabat, non contendisset, de qua altercatione videndus Fulignat. lib. 7. Nicet. Tarcagn. Ramusius, & cæteri Græcarum Historiarum cultores. At Theodorus, sua sorte contentus, ne inter Græcos tumultus accrescerent, Naues parauit, & ad Galliarum Regis affinis fines adiunxit, Narbonæque Nicæam ingressus, ibi domum fixit, vt annuit Aurelian. lib. 5. de reb. Græc. sed quamquam esset corpore remotus, strenuitate proximus, dignotus, à Græcis Imperator acclamatus est, Nunciosque gratulaturos accepit Niceæ, vt concorditer Scriptores referunt, id tamen dubium an Narbonensis, vel potius Bythinica fuerit, sed de hac falsum, si enim remotus erat, non ergo in Bythiniam proximam se recepit, si subsidium ab Francorum Rege exposcere curabat, non procul ab ipso erat, decipiunt igitur isti, non enim Bythinicam Nicæam, sed Narbonensem incoluisse, non solùm magis comprobant Auctores, sed etiam Theodori abnepotis monumentum ibi adinuentum arguit, de quo inferius agendum. Hic ab nuncijs declaratus Imperator, & Corona auctus fuit; Vnde, Arcipelago traiecto, & Propontide, apud Ponti Euxini Littus Trapesuntium occupauit, vbi cum Balduino altercans, hic Byzanticus Europæus, ille Trapesunticus Asiaticus Imperatores sunt nuncupati, videndus de hoc Genebrard. sub Honor. III. Spond. ad ann. Bar. anno 1204. huic Pontus Capadocia, & Colchides obtemperarunt. Socer interim, Imperio profugus, Generi fęlicitatis inuidia tactus, Turcis associatus, Theodorum inuasit, qui propria virtute aggressionem sustinuit (quamquam Militum numero careret) & inimicos deuictos fugauit, Socero captiuato, & inde vita donato, vt inquit Henning. Genebrard. ad ann. Bar. 1226. sub Honorio III. Com. inde Antisidoriensis, Cortenæus, in Imperio Byzantico successus, è Imperio Theodorum expellere, temerario animo, ausit, sed ab eo aggressus apud Thessaliam, singularibus quoque Lascari armis, offensus, & captus, post biennij captiuitatem obtruncatus est. Sub eodem anno Genebrard. 1226. Turcis iterùm ab hostibus suscitatis, cum Sultano singulariter pugnauit, vt ref. Nicet. & Greg. lib. 1. & 2. Baron. Epit. ad ann. 1211. qui

etiam

Digitized by Google

etiam reportatæ victoriæ formam annuunt, quibus in bellis, Nicænis Narbonensibus filiam seruandam tradidit, vt voluit Henninges, ibi enim tutum refugium, omni contingenti infortunio, patefactum maluit, eiusque merita erga etiam Serenifs. Rempublicam Venetam (quæ Pronepotes ad munera extulerunt) annuit Nicet. in Imp. Const. Hist. dum de Roberti Cortenei Imperio his verbis loquitur.

*Dopò la morte di Pietro gouernò per alcun tempo Violante madre di Roberto: & esso venuto di Francia à Costantinopoli fù coronato Imperatore l'anno 1220. Sempre si tratenne in pace, & amore con Venetiani. Grandissima stima fece del Podestà Tiepolo, & l'anno 1224. che era il quarto del suo Imperio di Febraro in Selimbria fece vn' amplissimo priuilegio à Venetiani, nel quale confermò loro tutte le parti di nuouo acquistate dello Imperio. Tra'l Tiepolo Podestà, & Theodoro Lascari si fece vna triegua per cinque anni. Questo Lascari dopò la presa di Costantinopoli per essere marito della figliuola d'Alessio il tiranno fù coronato da Greci Imperatore della Natolia: & concesse à Venetiani molte cose, & d'vtile, e d'honore, trà le quali si leggono queste.*

*1. Che i Venetiani, & l Mercanti di Venetia poteßero mercatantare, & negotiare liberamente, & sicuramente nelle Terre del Lascari, senza pagare grauezza, nè comerchio. Comerchio è vna sorte di gabella, che si paga anche'l dì d'hoggi in quelle parti indifferentemente da ogn' vno.*

*2. Che i Mercatanti del Lascari in Costantinopoli, & per tutta la Romania soggetta à Venetiani pagaßero il comerchio.*

*3. S'alcuna Naue Venetiana, ò de loro sudditi facesse naufragio nei luoghi suoi sia ristituita la robba intieramente a' padroni loro.*

*4. S'alcuno Venetiano, ò suddito morisse ne paesi loro con testamento, fosse ogni cosa consegnata à gli heredi. Senza testamento la robba foße disposta appreßo'l Signore della Città, doue morisse, & riserbata à chi spettaße di ragione.*

*5 Nelle monete che si batteuano fußero differenti gli Yperperi, & i Manulati ne gl' Imperij loro. Manulato era moneta di riputatione fatta battere da Manuel, che ne fu l'autore.*

*6. Che il Lascari non potesse mandar Naui, nè altri Vasselli à Costantinopoli, nè fare soldati, sopra'l Despotato de Venetiani durante la triegua, senza licentia del Doge di Vinegia.*

Obijt inde LICINIO filio in infantia præmortuo, & relicta IRENE, quæ cùm Imperij hæres esset, ne ditio extra Familiam exiret, eam viuens, in matrimonium Iohanni, dicto Batazio, locauit.

CON-

CONSTANTINVS, Theodori frater, quamquam in præfata Co. Zabarellæ arbore non memoretur, eum tamen Rannusius, in Pugna præsertim Nicomediæ cum Imperatore Byzantico his verbis recenset:

*Quiui messa in ordinanza la sua Gente, presentò la battaglia alli Soldati del Lascari, Mà Constantino, fratello di Teodoro, & Generale dell' Essercito, che per via di spie ne haueua hauuto prima notitia*, &c.

IOHANNES, Theodori Batazes filius, Irenæ consobrinus, & maritus, Alexio memorato patruo, in Antinoi Ducatu successit; hinc, cùm Dux esset, multi ex Græco sermone inducti, ex Familia Ducas Lascarum crediderunt. Ad Imperium, ex Gente, secundus euectus fuit. Et ex prima vxore Irene (cùm nullos ex secunda, Manfredi Regis Siciliæ sorore, suscepisset) filios habuit Andream, Alexium, Michaelem, & Theodorum.

ANDREAS Antinoi Dux declaratus fuit, & ob merita, prædictæ D. Georgij Aureatæ Militaris Religionis Magister creatus. ☧

ALEXIVS Prælatus, eximiæ existimationis Vir, à Sum. Pont. Legatus à Latere in Orient. & Occid. Imperijs addictus, propriæ virtutis, & sanctimoniæ cunctis redolitum præbuit.

MICHAEL, Peloponessum, à Familiæ rebellibus, multoties abreptum, se, proprijs armis, redemit, vt Fulign. lib. 7. scripsit.

THEODORVS Imperator Iunior, apud Zacinthum, post patris Iohannis obitum, creatus est anno Christi 1255. ab Arsenio Patriarcha declaratus, quadriennio à Turcis profugus, Imperium tenuit humanæ necessitati succubuit. Nicææ Narbonensis, vbi in summitate Castri, vulgariter dicti, *il Dongione*, sepultus est, anno 1258. in quo vide Spond. ad Bar. & Aurel. de antiq. Græc. lib. 17. cap. 5. vbi:

*Mortuus est Theodorus Lascaris Imperator, huius nominis Secundus, Niciæ ad Varum, & sepultus in extrema summitate Arcis Niciensis ad pedem S. Hospitij*. Reliquit multos filios ex Helena Bulgariæ Regis genita, quos aliqui memorant, aliqui intermittunt, quibus tamen simul iuxta probabiliorem veritatem collectis; fuere, Maria, Theodora, Irenes, Theodorus, Iohannes, & Emmanuel posthumus.

MARIA viuente Patre, Nicephoro Angelo Despote Epiri, Ætoliæ, & Thessaliæ vxor data est, deinde orbata viro, Belæ IIII. Vngariæ Regi coniuncta.

THEODORA ex Nicæa Græciam transducta, tradita nuptui est, Constantino III. Bulgariæ Regi, inde Peloponessi Domino

C Mi-

Digitized by Google

Michaelis memorati successori, ex quo, cùm Paleologi Lascarorum Gentis abiectores eam insectarentur, ne in Imperium, vt infra videndum est, ammissum conspirarent, latenter, & priuatè degens vitam, Licinium peperit, Peloponessi Principem, Alexij, & Annæ Antinoi Ducis Lascaris vxoris patrem. Alexius, memoratur contra Scitas victoriosus ab Aurel. de reb. Græc. lib. 3.

Ex Alexio posteritas magna progemmata est, quæ obiter hic describitur, cùm scopi non sit, non ideò in arbore conspicitur, genitos tamen Alexij, Licinium, & Iohannem, recenset Fulign. de antiq. Græc. lib. 5. cap. 8. hic Barbaris superatis, & 27. mille necatis, septemque vulneribus sanatus, Exercitus locum tenentis, perfidia, potione venenatus, omnium Græcorum mœrore occubuit, eum enim ad Imperium prædestinatum prædicabant; ille verò, fratris morte desperatus, abiectæ vitæ extra Peloponessum se subegit, quibus à Turcis perceptis, antequam cæteri Larissæ gentiles arma pro tuendo Gentis patrimonio caperent; Dominium acquisiuere, & Licinius absque filijs abegit.

THEODORAM secundam Henninges memorat, Belicurio Mercatori, à Paleologis nubere coactam, quam reijciendam puto, nam tùm apud recentiores, tùm apud prisciores vnquam fratrum nomen replicatum videtur, nisi in vno mortuum, in alio suscitatum fuerit, quod haud in hisce contigisse demonstrat Viri vtriusque aptitudo.

THEODORVS anno 1252. &

IOHANNES anno 1259. exoriuntur, adhuc pueri Imperatores, patre statim perempto, (qui eos Michaelis Paleologi tutelæ comendarat) creati sunt; Verùm Michael Vir quidem strenuus, at astutia, & malore calidus, Imperium, eiectis pupillis, inuasit, &, vt aliqui dicunt, innocentes puerulos, prius accecatos, iugulauit, quod tamen de Iohanne tantùm accidisse memorat Spond. ad ann. Bar. 44. anno 1204. Quidquid tamen scribant Historici legentis iuditio comito; de Emmanuelis enim posthumi, & Irenæ descendentia loquendum est: de hoc scilicet hoc signo ✠ 3. de illa verò ✠ 4.



Emma-

**Emmanuel Theodori Imp. posthumus Co. Cesalenæ.** ✠ 3.

- Thomas Cefalenæ Co.
  - Emmanuel Paraspondolus Princeps Græcus 1360.
    - Theodorus Despota Porphirogenitus magnus Dynasta 1400.
      - Isaac Peloponessi Protestator, Præfectus Venetorum. 1445.
        - Demetrius Præfectus, & Magaduca.
          - Alexander Magaduca Gubernator Cypri.
            - Eugenius, Philippus, Io. & Demetrius fratres Præf. Cypri occub.
        - Theodorus Præfectus.
          - Theodorus.
          - Georgius Cypri, & Dalmatiæ Præfectus.
            - Constantinus Gubern.
              - Constantinus Præf. natur. legitimatus.
            - Demetrius Gubern.
              - Georgius Præfect.
                - Hieronymus stipendiatus.
                  - Demetrius Georg. Io.
                - Demetrius Præfectus.
                  - Georgius Præfect.
                    - Albertus 1656.
                    - Demetrius Præf. adolesc. 1641.
                    - Theodorus 1652.
                - Iohannes Mil. egr.
              - Theodorus Mil.
              - Angelus Mil.
              - Alexander Mil.
            - Theodorus.
            - Nicol. Gubern.
            - Angel. Præf.
            - Ioha. Eq & Præf.
          - Demetrius Cretæ Præf.
            - Alexander Corciræ, Cefalenæque Gub.
        - Nicolaus Præf. Theod. Præf.
        - Iohannes, fortè Orator ad Turcas. Pro Laurent. Medic. & ad Venet. pro Franc. Rege.

*Adi 6. Decembre 1633. in Venetia.*

*Io Co. Giacomo Zabarella faccio vera, & indubitata fede d'hauer fabricato il presente Arbore Genealogico della gloriosissima Casa Lascari, & di hauerlo cauato da buoni, & veridici Scrittori, come anco da Scritture autentiche publiche, & priuate, & perciò in conformatione di ciò hò fatta la presente di mia mano, & bollata con il sigillo mio proprio, & particolare.*

Locus ✠ Sigilli.

*Io Co. Giacomo Zabarella sudetto di mia mano.*



Digitized by Google

Theodori Imperatoris, Paleologi iussu, filijs, vtsupra, necatis, ne Lascarorum potentiam Tyrannus experiretur, & è Imperio, turpiter inuaso, eijceretur Lascaream Familiam acriter persecutus est, Irenes ideò Theodori filia Nicæam Narbonensem se recepit, de qua agemus inferius; Vxor verò Helena, Præfati Asanis Bulgariæ Regis genita, cùm prægnans esset, ne mortem inimicus inferet, magis trepidauit, latenterque profuga, Cephalenam se recepit, quam comitatus titulo posthumo consignauit, qui vocatus est.

EMMANVEL Cephalenæ Comes, qui à quamplurimis Scriptoribus intermissus est, cùm abditè vixerit, Paleologos timens; hinc Henninges dum Thomæ Ducas, Ætoliæ, & Epiri Principis sororem; annonimam descripserit, mariti nomine, punctis tantùm signato, Comiti Cephalenæ nuptam fuisse refert, filiumque Thomam subaddit. De hac successione non hæsito, præter enim, quod tanti Viri (Co. Zabarellæ scilicet) auctoritati innitamur, Imperiale diploma inferius registrandum, & alia exaranda comprobant.

THOMAS, Cephalenæ Comes, Thomam Ducas Auunculum memoratum interemit, Andronico Paleologo Iuniori Imp., Thessaliam inuadenti restitit, vt tamen cum Paleologis conciliaretur, Annam Paleologam, Andronici Sororem, & interfecti Thomæ, Viduam, Vxorem habuit; ex qua natus est

EMMANVEL; à Constantino Paleologo pronepote, Imperatore Gentis, & Orientis vltimo, singulare diploma promeruit Dat. sub anno M. CD. XLV. mense Aprilis, apud Georgium Præfectum superstitem asseruatum, ex quo apparet Emmanuelem Paraspondolum fuisse, quem nos Principem magnum appellaremus, & exaratæ originis fundamentum præstat; ommissis ideò superuacaneis, digniora annuere dedignum haud est. En ideò præcipua Italico, at barbaro sermone, Imperatoris iussu, è Græco traducta.

*Donque il dilettissimo D. Emmanuel, Gran Prencipe, e Paraspondolo di Lascari, Genero per Signor mio Sacro Imperator, nato nobilmente, & alleuato, fin da principio, gran cose administrate, per l'Impero nostro, con ogni fedeltà, prudenza, e liberalità, hà perseuerato grandemente amandone, & le cose per nostro Jmperio accrescendo, & stabilendo secondo il suo potere; come quello, che de natura era, da Noi, & attenente al nostro Sangue, tirando la linea d'oro, della sua Genealogia, fece molte cose preclare, & molto degne, in pace, & in guerra, hauendo acquistate non poche vittorie, & trofei,*

Digitized by Google

*trofei, contro gl' inimici, non senza grandissime fatiche, pericoli, & spese; per la conseruation dell' Imperio nostro de Greci*, &c.

*Di più, essendo andato in la Morea, per comandamento del Sacratissimo Imperator nostro, e Signor nostro di felice memoria Padre, acciò gouernasse la Morea, & dilettissimo suo Figliuolo molto giouine, Sig. Teodoro Despoto, Porfirogenito, hauendoli raccomandato, acciochè con ogni diligenza, e cura, come Padre d'vn buon Figliuolo attendesse all' institutione d'esso Teodoro, quello con tutte le virtù, & magnificenze, & de grauissimi costumi conuenienti, veramente à vn Prencipe, demostrò hauer ornato; & essa Morea afflitta, & conquassata da guerre domestiche, & forastiere, con la propria virtù, & prudenza, non con picciola spesa delle sue facoltà, rese libera à tutte le molestie, & sottopose all' Imperio nostro, perilche* &c.

Deindè subaddit inferius:

*Mà al Gran Duca Paraspondolo interuiene, che non le furno potute render degne remunerationi*, &c.

Posteà, multis honoris verbis præmissis, innumera bona, Principis Paraspondoli Ditioni subiecta memorantur, & cum pacifico dominio confirmantur; quæ cùm longum nimis exarare esset ommitto.

THEODORVS Emmanuelis filius enunciatur, ex diplomate iam dicto, ex quo etiam Despotam, & Porphirogenitum fuisse liquet, cui natus est

ISAAC, dictus Isachius, vt probant alia hæc prædicti Congiarij verba, ex quibus non solùm Paraspondolus, sed & Peloponessi Protestator legitur, quem nos Præfectum Generalem appellamus.

*Di tutte le cose* (postquam de Theodoro loquutus est) *figliol suo, & detto Nepote dell' Imperio nostro, il Sig. Isachio, Protestator Lascari, Paraspondolo* &c. *Questo nostro priuilegio del nostro Sigillo Imperiale significa à tutti, come il sodetto Protestatore, Paraspondolo, & Signore di tutte le sopranominate Terre, Ville, Possessioni*, &c. Hęc ad sexaginta circum ascendunt, inter Rura, Castra, præter ea, quæ sub vna earum iurisdictione continentur, tàm ad Orientem, quàm ad Occidentem, in Insula Lemno, Cypro, Samothracia, Peloponesso, apud Byzantium, & alibi. Dum verò anno M. CD. LIII. Byzantium à Turcis esset captum, à Summo Deo defensus, inter paucos, suffugere valuit, Inter Ianuæ quippè parastades, cadauera octingenta, multitudinis collisione suffocata, & conculcata, reperta fuere, inter quæ proprium Imperatoris, cui fugæ tantùm

reman-

Digitized by Google

remanserat, at obtruncata spes. Ad Venetos ideò Lascarus confugit, quibus antea inseruiuerat M. CD. XLIII. & ab eis tercentum equitum Ductor renunciatus est, at Italiæ postea, in strenuo conflictu, morte, Reipublicæ victoriam comparauit. Ex eo remansere filij Iohannes, Demetrius, Nicolaus, & Theodorus.

IOHANNES, ex Arbore Zabarelico, non memoratur quidem, at cùm, his temporibus, vitam duxerit, credendus memorati fortè filius, quod legentis gnauitati remittimus: Hic ab Scriptoribus honorificentissima commemoratione recensetur, omnium Græcorum in Italiam profugorum doctior, & nobilior nuncupatus. In Guazzi Cronicis hæc de eo, inter cætera, habentur.

*Fù da fanciullo nobilmente alleuato, & trà tali delicatezze, imparò marauigliosamente le ottime lettere, & per quelle, & per suoi buoni costumi, mostraua esser, si come era, discesO dal nobilissimo Sangue degl' Imperatori Greci*, &c.

Ad Laurentium Mediceum, magnæ literarum omni æuo Patronæ Domus, Principem confugit, qui eum, ad Codices Græcos capiendos, Byzantium, ad Baiazetem Turcarum Magnum, legauit, à quo blanditijs prosequutus, illustrioribus Auctoribus Mediceam Bibliothecam, seù potius Literarium Museum illustraturus reportauit. A Ludouico inde XII. Francorum Rege accitus apud Venetos, vsque ad Cameracense bellum, eius iussu Orator remansit. Ad Leonem postea S. P. migratus, multis nobilibus Græciæ adolescentulis conuocatis, in Quirinali Græcarum literarum Atheneum addictum est: vbi maximè floruit Iohannes, de quo cùm innumera restarent dicenda, eidem Guazzo, Paulo Iouio in Ill. Virorum Elogijs, & alijs refero: Nonagenarius occubuit Romæ, apud S. Agatham humatus, hoc, Græco sermone, apposito Epigrammate, in Latinum à Maiorano Galentino, ita conuerso.

*Lascaris in terra est aliena terra sepultus,*
*Hoc nimis externum, quod queritur erat.*
*Quam placidam ò Hospes reperit, sed deflet Acheis*
*Libera, quod nec adhuc patria fundat humum.*

DEMETRIVS, à Græcis Magaduca, Magnus idest Dux, nuncupatus, multa belli experimenta obijt, quare dum ad Venetorum stipes accitus fuerit, hæc, ex Ducali Augustini Barbadici, sub dat M. CD. XCVII. III. Aug. inter cætera memorantur, quæ ad exarata, circa originem quoque adaptabis.

*Cognita,*

*Cognita, & perspicua existens nobis virtus, & sapientia, in re militari, artisque Stratiæ, in multo tempore, & præsertim in bellis Ferrariensis Territorij, & Apuliæ Sp. D. Dimitri Lascaris Capitis Stratiotorum, ex Nob. Lascarorum Familia Constantinopolitana, induxit merito Nos*, &c.

Hisce addatur, quod ex Cephalenæ verè Comitibus exortus, dignotus, multis Feudis, in ea Insula, cum Theodoro, & Nicolao fratribus à Serenissima Republica donatus est, anno M.D.XV. obijt tandem relicto filio

ALEXANDRO Magaduca, Præfecto strenuo, Cyprique Gubernatore, qui genitos habuit Eugenium 1. Iohannem 2. Demetrium 3. & Philippum 4.

EVGENIVS, IOHANNES, DEMETRIVS. } quinquaginta Equitum Præfecti, in Insula Cypro, necati, dempto primo captiuato, anno M. D. L. memorantur.

PHILIPPVS autem, cùm adhuc infans esset, ab ijsdem, in Patrarum conflictu captus fuit; eius Melitenses Historiæ meminere, in bello inter Eminentissimam Religionem, & Sultanum Solimanum M. D. LXV. patratum: quibus, cæteris relatis, hic in Magni illius temporis Præceptoris Epistola, de Philippo ad Equitem Melitæ Vrbis Præfectum scribuntur.

*In questo modo ritornandosi detto Schiauo, fece intender la pericolosa accoglienza, che il Gran Maestro gli haueua fatta, & che bisognaua ritirarsi in gran diligenza per non hauer Canonate adosso; Di questo il Bassà diuentò tanto rabbioso, che publicamente diceua, che voleua vsar contro Cristiani la maggior crudeltà, che potrebbe, il che essendo sentito da vn Spachi, chiamato FILIPPO LASCARI, di Casa de' più Nobili della Grecia, il quale, essendo Putto, era stato pigliato Schiauo, quando i Cristiani pigliorno Patras, & per esser stato trattato humanamente da quelli, che lo teniuano, dapoi hebbe sempre vna buona inclinatione verso i Cristiani, & per vna santa inspiratione, costui considerando, che poteua giouare alli assediati, perche era Consigliero del Bassà, & sapendo tutti i dissegni, che voleuano fare i nemici, si risolse di passare alla Fortezza di S. Michele per Mare, perche per Terra non poteua in alcun modo fuggire, & doppo hauer tentato cinque, ò sei dì, pur alla fine il primo giorno di Luglio si mise in Mare, & nuotando dal Campo nemico, fino à detto S. Michele, non però senza gran pericolo della vita sua, perche le furono tirate parecchie arcobuggiate, & frezzate dalli suoi medesimi, Giunto, che fù alli nostri, dete auiso al Gran Maestro, non solamente di quello haueano determinato i nemici, mà ancor di quel, che si douea fare allo Sprone di S. Michele, per impedire certe imprese de Turchi* &c. *& dapoi*

*com-*

Digitized by Google

*combattè brauamente alli aßalti contro i nemici*, &c.

Obsidione autem remota, Magni Præceptoris venia, Philippum Romam concessisse, ibique à S. Pastore munera redostitum reportasse, ex eadem Epistola colligitur; Et ex aqua statim, & Spiritusancto renatus, ad Catholicam Maiestatem confugit, Magni Turcarum machinationes reuelaturus. Et in hoc, & fratribus Demetrij linea recisa est.

NICOLAVS Demetrij frater, Ser. Reip. in Cephalena Feudatarius, Iuuenis Præfectus occubuit, anno M. D. XXX. vti inde fecit.

THEODORVS, item Præfectus, eius vnigenitus.

THEODORVS alter Demetrij frater, in Cephalena Feudatarius, Illustris Venetorum Antepilanus, Martialia pertractans exercitia decessit, relictis filijs

THEODORO strenuo Milite.

DEMETRIO Cretæ Præfecto M. D. LXXIV. qui ALEXANDRVM M. D. XXC. Corciræ, Cephalenæ, & Zacynthi Gubernatorem mortuum cum posteritate amisit; &

GEORGIO, qui Cypri, & Dalmatiæ Militibus præfuit, & Argyruntum, ab inimicis illæsum defendit, munia singulariter gerendo, genitos habuit CONSTANTINVM Gubernatorem, Constantini naturalis legitimati Præfecti, parentem.

THEODORVM, NICOLAVM Gubernatorem, ANGELVM Præfectum à Turcis occisum.

IOHANNEM, Equitem aureatum, Præfectum, &

DEMETRIVM, ex cuius fratris Nicolai diplomate XXIX. Septembris M. D. XXCV. Rogatorum Consilij, & eius merita liquent. En verba præcipua.

*Sono manifesti à questo Conseglio li meriti della Fameglia Lascari, acquistati da tutti loro, in diuersi tempi, & in diuerse importanti occasioni, con special dimostratione di valore, e fedeltà in seruitio della Signoria nostra, per honor, e beneficio della quale hanno sempre prontamente sparso il sangue, & esposta la vita, come hanno fatto anco li q. q. D. Dimitrio Lascari Gouernator, & D. Zuanne Lascari Cauaglier suo fratello, mancato di vita*, &c.

Deinde Nicolai virtus magnificatur, maximè cùm Turcas, in Verpolij Castri molitione, obstrigillauerit. Demetrius ideò, Sibinici Militum, Generalis Præfectus anno circum M. D. LXX. multos ab Vscochis, & Martelossis captiuatos redemit; ab eiusdem Vrbis finibus, paucis copijs, tercentum Equites, & mille Pedites Turcas fugauit, Verpolij Castro, Perisottique Vicis

succurrit,

Digitized by Google

succurrit, Petrum Braghenichium, & Vncum Rademanossichium, Vscocorum capita, cum multis asseclis captiuauit, multis Christi fidelibus libertati restitutis. CONSTANTINVM Gubernatorem fratrem, qui, captura, Sibinici libertatem sustinuit, quadringentorum aureorum pretio, redemit, multos Milites publico ære dirutos, proprio subuenit, conduxit, quæ cuncta apud Georgium Præfectum superstitem, ex publicis documentis, apparent, inter quæ hac præfatione singulare enitet VI. Apr. M.D.LXXIX. Nicolao de Ponte Duce.

*Sono tanti, & così antichi li meriti della Fameglia Lascari col Stato nostro, & così fedeli, honorati, & pieni di valorose operationi, in particolare di D. Demitri Lascari, Gouernator; della predetta Fameglia discendente, fatte in seruitio publico in diuersi tempi, & occasioni, & specialmente nel tempo della prossima passata guerra; doue, oltre altre molte proue segnalate, non hauuto riguardo mai à spesa, quantunque notabile, ò pericolo di sorte alcuna, hauendo anco in esso perduto vn fratello, che fù ammazzato da Turchi, & vn'altro ne restò prigione* &c. *talmente, che se alcuna Fameglia meriteuole è degna d'esser abbracciata, & tenuta cara dal Dominio nostro, è la Fameglia Lascari, & in particolare il predetto Gouernator Dimitri, è frà gli altri molto degno,* &c.

Filios habuit Demetrius THEODORVM, & ALEXANDRVM, publicis seruitijs addictos præmortuos, ANGELVM ab eadem Republica Serenissima conductum, &

GEORGIVM Equitum Præfectum, ex quo, & ex Francischina Lippia, ex Dominis Castri Lippij, Dalmatiæ Dynastis, nati sunt

HIERONYMVS à Venetis prouisionatus, Demetrij, Georgij, & Iohannis parens.

IOHANNES Miles Egregius, &

DEMETRIVS Cordatus Equitum Præfectus, qui multa Fortilitia gubernauit. Vxorem habuit Vincentiam Quarcam, præcipui Targuriensis Nobilitatis Virginem, ex qua ortus est

GEORGIVS Equitum leuis armaturæ Præfectus, in Cefalenæ antiquis, nobilibus, & gentilitijs Feudis confirmatus à Serenissimis Ericio, & Molino Ducibus, qui post longa bellorum experimenta, Veronæ, publico iussu, degens, Gentisque Imperialis Lascaris meritis, Decurionibus, & Consilio Nobilium patefactis, vniuersali applausu ex decr. pub. inter Veronenses Ciues computatus est. Veronensem Nobilem Vxorem duxit, cùmque Quarcæ


D. esset

effet filius, ex Quartia Veronenfi Familia, virginem felegit, Marij, ex Nobb. Confilio, & Proceris de Albertis filiam, ac Abbatis, & Cathedralis Canonici Quartij neptem quo coniugio, quamplurimarum præcipuarum Gentium affinitatem, & ibi, contraxit. Nati huic funt Demetrius, Theodorus, maxime indolis adolefcentes, & Albertus infans, qui Alberti Magni Auunculi pro Sabaudiæ Celfitudine Regali Cathaphractorum Præfecti memoriam, fauente Cœlo, reuiuifcet.

DEMETRIVS in Præfectura à Patre, annuente Francifco Molino Duce, conftituitur in Ducali XVII. Decemb. M. DC. LIII. cuius orfus, cùm ad memoratam originem tendat, fuppingendus.

*Con effetti di fingolar deuotione, hà la Fameglia Lafcari, orionda di Conftantinopoli, per lunga ferie d'anni, trà honoreuoli Impieghi, raffinata la fua coftanza, nel feruitio della Republica, mentre fcordatafi d'ogni fua origine, hà mirato folo à ftabilirfi domicilio, nello ftato, & luogo di qualche merito, nella publica gratia*, &c.


Inde Demetrio Præfectura conceffa eft, finant Superi, vt ad maiorum inftar, Imperialis Familiæ gloriam, fuffulcire valeat.




⁂ 4.

Digitized by Google

✠ 4. Irenes Theodori Imper. Fil. Vx. Roberti Co. Vintimiliæ, ex Normandiæ Principibus oriundi.




IRENES Theodori II. Imperatoris filia, fraternæ necis tempore, Nicææ Narbonenſis, (vbi maiores bona parauerant, vt annuimus) reperiebatur, atque de Michaelis Paleologi Conſanguinei tyrannide, & proditione certiorata, acri doloris ſolicitudine affecta eſt, maximè quia Theodoram ſororem, Peloponeſſi Principis Vxorem, inter Syluas degere ſciuerat, ne Paleologus idem, proprij Status inuaſor, in innocentis vitam ipſiuſmet tyrannidis malorem euomeret; Hiſce agitationibus perturbata, vt ad Galliarum Regem, ex fœmineo latere propinquum, accederet, familiarium Conſilio, accerſita eſt; Interim, cùm opes ſecum duxiſſet, ſpemque maioris fortunæ euentus, ob natalium ſplendorem, haberet, eam ſecundogenitus Aragoniæ Regis, Marchio Montisferrati, quidam Paleologus Michaelis nepos, at inimicus acerrimus, Rubertus Albintimiliæ Comes, & alij Principes, in Vxorem efflagitarunt; cunctis ideò, à prudentiſſima muliere, perpenſis, natalium, fortunarum, & dominij rebus ſagaciter exploratis, Vintimiliæ Comitem ſeligere maluit, qui vt quanti generis fuerit, dignoſcatur (ne quod Henninges ſcripſit verum ha-

beatur) Præstantissimæ Vintimiliæ Gentis Elogiolum, à me, inter cæteros Italiæ Illustres, in manuscriptis pro nunc compaginatum, subaddere duxi.

# VINTIMILIÆ COMITVM ELOGIVM.



*I qua Europæ Propago, tùm originis splendore, tùm posteritatis gloria extollenda est, Vintimiliam omnium attestatione comperio. Hæc ex Riccardo Normandiæ Principe, à Galliarum acerrimis bellis profugo, in Ligustici Æquoris littore, propagata fuit, vbi, Comitatus decore, Albintimilium Vrbem, quam Vintimiliam appellamus, supremo Imperio perdomuit, eoque in loco, plurima adhuc Gentis Stemmata supersunt, hinc posteri Vintimilij, ex Ditione nomen aßumpsere; Ex quibus D. Antonius Ægyptius Anacoreta, ex fæmineo alueo, effluxit, de quo hanc memoriam facit Ant. Bonfin. de antiq. Nob. lib. 3. cap. 9.*

*S. Antonius Ægyptius, & Eremita, natus est anno salutis 253., obijt 358. Pater eius fuit Berta, Baro Alexandriæ Ægypti, & Mater eius fuit Gietta, Filia Comitis Vintimilij, conceptus in Alexandria, natus Vintimelij, inde Mater Alexandriam retulit puerum, adolescens patre, & matre vita functis, bonis omnibus pauperibus, pro Deo, datis, Eremum petijt, Caput eius Arelatis, Corpus Vienæ iuxta Rodanum Fluuium colitur.*

*Guido Vintimilius anno 954. claruit, dum Sarracenos expugnaturus in Hispaniarum Regis Aui subsidium nauigare parabatur. Testamentum prius condidit, cui Sanguinis coniunctiores subscripsere; Antonius, veluti frater, Maritimarum Alpium Marchio; Conradus, & Odo Luranæ Comes, filij; Thomas Sabaudiæ, Co. Leutrus; Vtimundus Montisferrati Marchio, & Irengherius Valentiæ Comes, Nepotes, preter Viualdum quemdam à Castello nuncupatum; Guidoni Vxor Eleonora Sabauda, data est. Huic addamus Gulielmum, Romei filium, qui ab altero Guidone Co. Nepote, & à Ianuæ Communitate, sex millibus Coronatorum nummis acceptis, in Galliam Narbonensem secessit anno 1118. quemadmodum ex Januensib. Hist. sub eodemmet anno colligitur, vbi Com. Cotignati filia desponsata, à Bermundo Narbonensi Co., contra Catelanos, Telonis Martij, Nauiumque Armorum Gubernator, declaratus est, vt fert March. ad ann. 1112. ob id in Narbonæ Comitum Familiam adoptatus cum posteris est; Hinc ideò Oliolæ, hinc Massiliæ, Vintimiliæ Comites sunt nuncupati.*

Digitized by Google

*cupati. Roberto (ex eodem March. ad ann. 1144.) dedit Gulielmus pater, quædam Oppida, quæ adhuc in Vintimiliæ Comitatu habebat, sed cùm Januensium Dominio subijci nolet, vigintitrium millium librarum pretio alienauit, in Siciliamque se recepit, vbi adhuc posteri maxima in dignatione reſſlorent, & primas contra Claramontanos aduersæ factionis Principes tenuere, de quibus Henninges consulendus, Gulielmi frater est Petrus, Vintimiliæ, Tendæ, Brighæ, & Castellarij Comitum, & Nicensium procerum propagator, cuius abnepos Robertus Irenem Theodori Lascaris, Imperatorum filiam, neptem, & sororem in matrimonium, quamplurimis accurrentibus Illustrioribus Principibus, promeruit, ex quibus tot Heroes orti sunt, qui adeò auitæ originis decus sustinuere, vt Hispaniarum, Castellæ, Aragonæ, Siciliæ, & Neapolis Regibus, Montisferrati, alijsque Marchionibus, Sabaudiæ alijsque Comitibus, Jmperatoribusque ipsismet sanguine annexa fuerit. Ex ea plures proceres, tùm Neapolis, tùm vti Siciliæ diximus, supersunt, Nicææ verò Narbonæ præter Oppidorum præclaros Co. & Dynastas, Eminentiss. Sacr. Hierosol. Magnus Magister Fr Io Paulus, vitæ, exemplo, armorum peritia, comitatis natura præsignis, clarescit, cui Elogiolum Deuotionis gratia mancipatum volo.*

Hac lege, inter Irenem, & Robertum, matrimonium contractum est, vt nasciturí geniti, Vintimiliæ cognomini, Lascarum præponerent, Stemmataque commiscerent, cùm ideò, statim Iohanne exorto, Robertus decessisset, Irenes filio, Lascaris, Vintimiliæ cognomina, iuxta ordinis conuentionem, Stemmaque cum Lascarorum Imperiali Aquila, vtsupra dispoſuit.

IOHANNES ob maternæ conditionis reuerentiam, in obsequium habitus, in pace, & otio Imperium rexit paternum, filiosque reliquit, Rheneam, Gulielmum, & Emmanuelem.

RHENEA, Vxor data est Ludouico Carretano ex Marchionibus Sauonæ, & Finarij, Gente àb Vuidechindo Magno Saxonum Rege cum Marchionibus Montisferrati, Ceuæ, Iarissæ; de Ponzono, Buscæ, & Incisæ propagata, eamque, preter magnos Principes, Episcopos, ac Cardinales apprimè illustrauit Fabricius Caroli Dominici Cardinalis, & Ludouici Chaorsensis Episcopi frater, qui diuersis Legationibus præclarè obitis, inter maximos Principes fœdus ferijt, contra Turcas maxima strenuitate propugnauit, itaut, Equitum Rhodiensium Supremus Magister, omnium Fratrum consensu, declaratus fuerit; obijt paulò ante occupatam à Turco Rhodum. De hac Gente videndus Sansou. in Fam. Illust.

EM-

EMMANVEL, primogenitus, vir mansuetus, in dominio parenti successit, verùm eijcitur à Fratre

GVLIELMO, qui feræ naturæ fuit, moribus asper, regnandique famelicus, separato ideò bellis Ciuilibus Statu, à quamplurimis asseclis comitatus, Fratrem è Ditione expellere, Vrbe ingressa, intentauit, illumque capere animaduertebat, nisi fugæ se comendasset, & Ianuam auxilium efflagitaturus petijsset, à Republica ideò, præter pecuniæ subsidium, nihil habuit, ne Ianuenses Galliæ Regis, & Sabaudiæ Ducis Gulielmo fauentium indignationem excitarent, sed dum arma contra Gulielmum parantur, morte aggressus Emmanuel, dominium fratri remansit, ex quo orti sunt Anna, Alexander, & Paulus.

ANNA, matrimonio tradita est in Fliscorum Ianuensium, Serenis. Familia, quæ bipertita à Frisco, & Obizzone fratribus, sanguine Burgundo exortis anno 1007. Obicios Marchiones; ex hoc, Lucæ, aliorumq; dominio locorum potitos; Fliscos verò Lauaniæ Comites, & maximos Principes ex illo effluxisse, latiùs ex Sansou. in Ill. Fam. habebitur, ex qua, diuersis temporibus, Co. Marchiones, Equites, Reipublicæ & belli Duces, Neapolis V. Reges, Oratores, Abbates, Episcopi, Cardinales, & bini Summi Pontifices prodiere, scilicet Innocentius IV. & Hadrianus V. nuncupati. Affinitatibus etiam perclaruit Familia, adeout Luchinus Vicecomes Mediolani Dux, Isabellam Io. Flisci filiam, Vxorem non despexerit.

ALEXANDER, dum matrimonij contractui cum Narbonæ præclarissima Matrona intendebat, occubuit, fratre superstite

PAVLO, hic paululum ante parentis mortem, Ianuensium arma contra eum parata vidit, qui cùm Emmanueli maximum æris summam mutuauerint, neque morte præuentus restituere nequiuisset, Vintimiliam tanquam Emmanueli subiectam, sibi Imperio adijcere animaduerterunt; Paulus ideò, Vintimilia expulsus, Tendæ Vallis, ab initio Roiæ Fluminis, vsque ad Vrbem Comitatum auitæ gloriæ dignissimum patrimonium, retinuit, habitis sub se quamplurimis Pagis, Castris, & alijs præstantissimis iurisdictionibus. Ex hoc orti sunt

LICINIVS,

LVCHETA,

PAVLVS, &

THEODORVS Tendæ, nec longè secundo lapide, Brigæ Comes,


Digitized by Google

Comes, multorumque Castrorum, tùm in Narbonæ, tùm in Nicææ Comitatu, tùm in Ligusticis littoribus; Domicellus, Vir cordatissimus fuit, & maxima comitatus prudentia, ideoque in Pedemontanis subuersionibus, acerrimisq; Galliarum, & Mediolani bellis, Subditos vnicus in pace, & deuotione allexit, ab omnibus finitimis Principibus dilectione, & veneratione prosequutus; de hoc Gentis monumenta, priuatique Codices singularem memoriam agunt, eique nati sunt Licinius, & Iohannes.

LICINIVS cum posteris legendus est in arbore hoc signo ✠ 5.

IOHANNEM verò cum nepotibus in Stemmate hac nota ✠ 6. intueris.

---




LICI-

1 LICINIVS, siuè Luchinus, quem Theodori filium memorauimus, ex Sabaudiæ Ducis suasione, ne tumultus videret, cum Iohanne fratre hæreditatem segregauit, seruata Licinio maiori nato partis optione. Tendæ ideò Comitatum cum annexis Pagis, & Iurisdictionibus elegit, fratri, eis relictis, de quibus in eius Stemmate loquendum est. Vxorem duxit sororem Marchionis Carretani prænarrati Ludouici Rheneæ Viri gentilem, ex qua Marietam, & Antonium suscepit.

2 MARIETA, Viro tradita est, Honorato Antipolis olim propè Varum Vrbis Narbonæ Comitum Principis Feudatario, ex Nobilissima, & præclara Grimaldorum Familia, quæ Monæci Portus, aliorumque locorum Principes, & Dynastas habuit, genuitque Imperialium, Regalium, & Ducalium supremos classium Præfectos, Nicolaum à Philippo Hispaniarum Rege Salerni Principatu donatum anno C. 1579. cuius filius Augustinus Dux Eboli in Campaniæ Regno fuit, quemadmodum Io. Baptista, Hieronymi filius. Terrænouæ Dux, Montis S. Angeli Marchio, ab eodem Rege declaratus, Patris Patriæ titulo, & marmoreo simulacro iuxta Ansaldi Gentilis Statuam ex Senatus Consulto à Ianuensi Republica decoratus. Ecclesiasticis quoque, preter Patriæ Serenifs. Duces, quamplurimos, viris cohonestata est, Abbatibus nempè, Episcopis, Archiepiscopis, & S. R. E. Cardinibus, de quibus literatissimus vir, & antiquitatis studiosissimus, Historiarum portentum, Reuerendifs. Abb. Ferdinandus Vghellus, tùm in annotationibus ad Ciacon., tùm in eius Italia Sacra consulendus.

ANTONIVS Marietæ Frater, vir pacificus, Tendæ Comitatum iustè gubernauit, ex quo natus est

3 HONORATVS, qui Italiæ, & in Gallijs gloriosè honorificis titulis adeò dimicauit, vt Grandis anthonomasticè communiter allocutus sit. Bella tùm Lombardiæ, tùm Pedemontis obstrepebant cùm Honoratus potentis Familiæ Virginem (vt dominij res magis tutas videret) vxorem quærere animaduertit, cùmq; Marchio Carretanus tunc vir potens reperiretur, & à Ianuensi, & Florentina Rebuspublicis, ob conditionem, & pecuniam mutuatam, in maximo loco habitus esset, Margaritam eius filiam, & auiæ agnatam elegit, ex qua Margarita, Catharina, Francisca, Helena, Magdalena, Eleonora fœminæ, Rodulphus, Antonius, Gulielmus, Thomas, & Iohannes masculi progerminati sunt.

4 MARGARITA, nobilissimo Pedemontano viro, Valpergæ

Gentis

Digitized by Google

Gentis nupta est, cæteræ sine superstite memoria periere.

RODVLPHVS, Mundi nugis animi constantia spretis, Diui Augustini Religionem ingressus, pietate, & sanctimonia floruit. Obijt Tendæ in Religionis Cœnobio, quod Gentis, porrecto ærario, à fulcimentis construxerat.

GVLIELMVS fratris lacessitus exemplo, sub Carthusiana Religione militauit, in qua admodum profecit.

ANTONIVS singularium morum vir, sanctimoniæ iubar, Religionis exemplar, in Curia Romana vixit, Francorum Rege impetrante, ad Aquarum sextiarum Insulam, à Summo Pastore est euectus.

THOMAS Militaribus exercitijs deditus, sub eodem Rege Equites duxit, multasque victorias obtinuit, tùm Galliæ, tùm in Mediolanensi Statu, vbi formosæ Virginis, & amplarum opum hæredis, ex Nobilissimis Simonetarum Proceribus, amore captus Vxorem eam habuit; ad plurimos, hanc Familiam, honores Mediolani, & alibi euectam scripsit Fr. Paul. Morig.

IO. ANTONIVS Tendæ &c. Co. vnicam filiam, nomine Annam, hæredem habuit, cuius in genitis Lascarea Gens, cùm inserta sit, de eis sermocinandum.

ANNA, nedum ob paternarum Ditionum successionem, verùm ob morum comitatem, à quamplurimis Galliarum, Sabaudiæ, Narbonæ, & Liguriæ proceribus in matrimonium affectata, ex eis Renato Sabaudiæ Ducis filio ( non Raynerio, vt malè quidam dixere) locata est. Natus hic fuit ex Philippo; Philiberti VIII. & Caroli III. frater sed naturalis, à Patre tamen, consentientibus fratribus, legitimatus, & ab Emmanuele Philiberto, & à Carolo Emmanuele confirmatus, vt ex literis in Taurinensi Senatu existentibus, & comprobatis apparet; hac addita conditione, vt legitima Ducali linea (quod absit) quandocunq; resecata Renatus, & successores in Regiæ Stirpis Imperio succedere valerent, Vilersij etiam Marchio, atq; Asprimontis, Gordanis, S. Iulianæ, & Co. Ripæ, Boschi in Gallia, cum alijs supremis Ditionibus declaratus fuit. tanquam legitimus ideò, in Aula educatus est, hæcque in maximæ strenuitatis, & singularium morum præmium reportauit. Patre defuncto, Philibertus, Margaritæ Austriacæ, Maximiliani Primi Imperatoris nupsit, quæ cùm antea à Francorum Rege (vt Annam Francisci Britaniæ minoris Ducis hæredem, eiusdem Maximiliani relictam, desponsaret) repudiata fuisset Gallos non tantùm, sed eorum fautores patenti odio prosecuta est.

Hinc ideò Renatus, Gallico nomini addictissimus, maximarum angustiarum à fratria illatarum, scopum se patefactum cognouit, Ludouico Regi itaq; innixus, & Patria relicta, iuuenis, & patris merita haud immemor Rex, statim Magnum Galliarum Magistrum, Narbonæ Gubernatorem, & Maris ab Oriente Ammiralium (vti pater antea fuerat) declarauit; his auctus honoribus, puellam Regijs moribus, & opulenta re familiari dotatam, ad matrimonium lacesciuit: hæc in dote tulisse, referunt Acta Taurin. Senatus, in iurgio inter Orfedi Marchionem, & Neomagi Ducem super dotalibus bonis; Tendæ scilicet Comitatum, Limonis, & Inuernant, Prelæ, aliorumq; locorum in Nicensi Comitatu, Auribi, Villæ nouæ, Cagnæ, Gandæ, Loberi, Sipierassi dominium, & alias Baronias, quæ si hæc ommissa, & illa malè descripta sint, diuersarum linguarum prolationi, Lectoris humanitas retribuat. Hoc pactum in nuptiali syngrapha, Typis excussa, inter partes conuentum est 11. Iunij 1511. vt geniti, Lascarorum Insignem cum Sabaudiæ Clypeo commixtam assumerent, & Lascarorum cognomentum Sabaudo copularent: ex his Generosissimis Sponsalibus orti sunt Magdalena, Honoratus, Margarita, Helisabeth, & Claudius.

MAGDALENA, Galliæ præstantissimo proceri in matrimonium locata fuit, ex Baronibus de Memoransi, ex qua natus est Anna de Memoransi, adeo à cunctis Historicis celebratus, Magnus Francorum Regni Comes stabilis.

HONORATVS Lascarus de Sabaudia, Marchio Viliers, Dominus Asprimontis, Gordanæ, & aliorum Castrorum apud Allobroges; Itemque Dominus Præsigni apud Gallos; Ghienæ Gubernator à Rege creatus fuit, & Magnus Maris Ammiralius; hæres inde Comitatus Tendæ, Summaripæ, cæterorumque locorum propria potentia anno 1574. factus, masculina prole carens, Ericham tantùm femellam habuit, quam dedit Vxorem Duci de Mompensier, à quo mortuo, statim relicta, Humenæ Duci Secundo nubetur; nec multum postea Maritus, Sponsa, Pater absque descendentibus periere, ex quo magna Feudorum contentio secuta est.

MARGARITA, Brisati Vrbis Domino traditur.

HELISABETH coniuncta fuit cum Domino Botignachij, qua Gente ortus est Cardinalis nuncupatus de Ioiosa.

CLAVDIVS Lascarus de Sabaudia Honorati frater, natus maior

ior, in paternis Feudis, & maternis successor non tantùm, sed & Galliarum Regis honoribus, quo pater antea donatus fuerat, decoratus (quamquam Honoratus in Ammiralij dignitate substitutus fuerit.) Desponsauit inde Dominam Mariam de Cabanes Nobilissimam Virginem, ex qua exorti sunt Anna, Raynerius, Honoratus, Erito, & Rhenea.

ANNA nupta est Amplissimo Viro Marchioni Condeti.

RAYNERIVS declaratus Barò Sepieras iuuenis, & ERICVS in infantia occubuerunt.

HONORATVS Tendæ Comes, Ditionumq; Dominus, nuptus absq; prole decessit, ex quo exortæ sunt controuersiæ inter Honoratum patruum, & aliam sororem.


RHENEAM Vxorem Iacobi Orfedi Marchionis, ex conuentione nuptiali dictus Lascaris de Orfè, qui liberos ex ea habuit Annam, Iacobum, Honoratum, & alios, qui ante matrem absq; prole periere, ipsa ideò Tendæ, & Summoripæ Co. declarata est, at Feudis ab Honorato occupatis, post eius mortem, & Humenæ Ducis Tendà, Vuilers, & alia Feuda ad Regale patrimonium Sabaudiæ Regiæ Celsitudinis deuoluta fuere, quæ omnia ex Sen. Taur. act. colliguntur. ✠ 6.





Digitized by Google

✠ 6. Iohannes Theodori fil., Licinij fr. Co. Brigæ, Castellarij Dynasta.




IOHAN-

IOHANNES Theodori memorati filius in diuisionibus cum Licinio fratre factis, Comitatum Brigæ, Alpium Marinarum, & Oneliæ Vallis, cum Dominio Castellarij Dosfinieri, aliorumque Pagorum sortitus est; filium habuit

THEOBALDVM patrem

GVLIELMI, qui tres filios habuit, Antonium, Bartholomæum, & Petrinum.

ANTONIVS, annuente secundo fratre Bartholomæo, Castellarij superioritatem Ludouico Allobrogum Duci alienauit, Feudumque adeò nobile vltroneus Principi subiecit. Obijt hic absq; filijs, relicto hærede

BARTHOLOMÆO, ex quo natus est Thomas Gentis propagator.

PETRINVS ex fratrum diuisione Co. Brigæ, filias tantùm habuit, Thomasinam scilicet, & Catharinam, quæ in paterna Ditione successere. Prima, Renati Grimaldi memoratæ præclaræ Gentis Bolionis Baronis Vxor fuit, & Brigam in dote habuit; secunda coniuncta est

THOMÆ, quem proximioris Bartholomæi filium diximus; pecuniæ hic maxima quantitate à Grimaldo Leuiro Brigæ Comitatum redemit; Filiosque ex ea suscepit Iacobum, Bertum Mainonem, Iohannettum, Franciscum, Antoniam, Catharinam, & Annam.

IACOBVS ex Gente iterùm Brigæ Comes, filium genuit


GVIDONEM, qui ob armorum peritiam, morumque humanitatem, & cum Sabaudiæ Principibus, Francorum Rege, & Republica Ianuensium necessitudine maxima esset annexus, grandis ab omnibus dictitabatur. Vixit circa ann. 1435. vt ex Instrumentis eum memorantibus apparet, filium habuit

GVLIELMVM Bartholomæi, & Antonij patrem, quos cum successione videbis ad Stemmata sub numeris ✠ 7. & ✠ 8. eiusque dexteritate Regiæ Sabaudiæ Celsitudines, in arduis negotiationibus sunt vsi, & præsertim, vt Ciuiles controuersias tunc Nicææ exortas sopiret.



Co.

Digitized by Google




BARTHOLOMÆVS pater fuit ANTONII, BARTHOLOMÆI Auus, LVDOVICI Abauus, qui filios habuit, vt in Arbore, Bartholomæum, & Augustinum.

BARTHOLOMÆVS, ex Castri iurisdictione, Castellarius communiter in aula Sabauda (vbi in maximo honore habitus est) fuit appellatus; Vxorem habuit fœminam, nobilitate inferius describenda, conspicuam, ex Gente vetusta à Puteo, quam & toga, & armis, tùm Italiæ, tùm in Gallijs Illustrium Virorum genitricem fuisse affirmat inter alios Reuerendiss. Abb. Vghellus in eius It. Sacr. Ex his exorti sunt Ludouicus, & Claudius.

LVDO-

LVDOVICVS, Deo mancipatus, Monacorum D. Benedicti indumentum assumpsit.

CLAVDIVS Vir humanissimus, fœminam nobilissimam ex Galleara Gente in Vxorem duxit, M. Antonij Galleanij filiam, qui V. Ammiralij munus Sabaudiæ triremium summa cum gloria pergessit; Et filias fœminas tantùm habuit Dianam, Isabellam, Iuliam, Lauram, & Angelicam, quarum postremæ nuptæ tantùm sunt

LAVRA Petro,

ANGELICA Cosimo fratribus, ex Amplissima Portaneria Gente; floruit hæc nedum apud Subalpinos, at apprimè apud Narbonenses; ea enim ex Neapolis Regum diplomatibus primas tenuisse comperitur, ex qua Castrorum Dynastæ floruerunt; & modò S. Margaritæ dominio potitur; Vixit inter alios, qui eam apprimè extulit Iacobus Eques Sanctorum Mauritij, & Lazari, cui Principes Domini, Pogeti Gubernationem, cum Vallis annexis superioritate, preter morem, Duci tantùm seruata concessere; ex his descendunt Sanctæ Margaritæ Domini, qui in Regalium Principum seruitute degunt, in harumque fœminarum prole Bartholomæi lineam extinctam legis. Vnde ad Bartholomæi fratrem, Augustinum Ludouici filium regrediendum.

AVGVSTINVS, Vir vnquam meritis laudandus præconibus, fœminas habuit Francischetam, & Lucietam, masculos verò Ludouicum, Honoratum, P. Antonium, Honoratum alterum, & M. Antonium.

FRANCISCHETA, si nubilis consideretur, inter præstantiores Allobrogici Dominij Virgines, ob modestiæ, deuotionis, comitatis, morumque venustatis qualitates, ab dignioribus Dominij Prouinciarum proceribus Vxor ambita est, si vxoratam, Venerabiliorem Regio Matronam vnquam dignouit; vtroque in Statu Lascareæ Domui fouit, data enim, multis altercantibus, est Viro dignissimo Iohanneto Lascaro Castellarij Domino, ex quibus Gentis gloriosissimus Flos pullulatus Melitæ veneratur, Eminentiss. Princeps Io. Paulus, de quo infra.

HONORATVS, Gloria ansius, Militarem S. Io. Hierosolymitani Religionem ingressus, Melitæ in gloria floruit, multisque nauatis Militaribus operibus Comendator renunciatus est. 

P. ANTONIVS inter primiores Nicææ Patritios existimatus, multasque digniores Prouincias obijt, filios habuit Claudium, Michaelem Angelum, & Io. Baptistam.

CLAV-

CLAVDIVS patri haud absimilis, filios habuit Io. Paulum, Gasparem, & Carolum Antonium, quos ex Camilla Lascara Eminentissimi ex fratre nepte suscepit.

IO. PAVLVS Melitam ab Emin. gentili accitus Eques creatus est, Comendator inde, & tandem ob singularitatis merita acerba ætate Prior, quem Magnam Crucem appellant, declaratus; cæteri autem fratres in veneratione quantum supersint propria, & magni Auunculi merita consideranti iudicium do.

MICHAEL ANGELVS, quem Claudij fratrem diximus, nobilissimæ Vxori copulatus, genitos habet Petrum Antonium, & Annam Mariam maximæ spei homines; Cæteri, quorum explicationem ommittimus, iuuenes absque prole vitam desiere. Ad M. Antonium ideò alterum Augustini filium deueniamus.

M. ANTONIVS à Sabaudiæ Duce Villæ Franchæ triremium degentium Locumtenens Generalis declaratus fuit; natura ferus, & bellicosus, sed negotiatu suauis, filios genuit Augustinum, Honoratum, Fabricium, Carolum Dominicanum Fratrem, Victoriam infantem mortuam, & Lucretiam.

FABRICIVS in Melitensium Equitum Ordine educatus Comendator creatus est.

HONORATVS eiusdem Religionis Eq. Comendatariæ dignitati addidit, vt ad Gaudos Insulæ moderationem (quod in maximo pretio habetur) auctus fuerit.


AVGVSTINVS, Paternam gloriam fulciuit, adauxit; Genitos vidit Iohannes Baptistas binos tenellos peremptos, Honoratum, Hieronymum, Marcellum, Annam Mariam, Fabium Fratrem Carmelitam, & M. Antonium, in quo auitæ gloriæ superest spes.

LVCRETIA singularium meritorum fœmina, vxor data fuit, virtutis, ac nobilitatis Viro conspicuo, Alexandro Isnardo Pilionis Domino, ex qua natæ sunt dignissimæ filiæ, & filij, ex quibus tamen tantùm binæ supersunt Camilla, & Francisca; illa Marcello Iurisconsulto, Senatori, & Sanctorum Mauritij, & Lazari Equiti, Comendatori meritissimo, ex Nobiliss. Viualda Gente copulata; Hæc autem Iohanni Baptistæ, Eminentiss. Fr. Iohannis Pauli, ex Gaspare fratre nepotis, coniuncta, de quibus inferius.

✠ 8.

Digitized by Google

✠ 8. Antonius Co. Gulielmi fil. Bartholomæi frater.




ANTONIVS Gulielmi filius secundo natus, post Bartholomæi Arborem memoratur, ex quo nati sunt Iohanneta, Honoratus, de quo inferius, & Stephanus.

IOHANNETA, ob Gentis, & semetipsæ merita, data est Vxor nobilissimo Viro Petro Grimaldo, cuius encomia adeò altiùs euecta fuere, vt eum Gallorum Christianissimus Rex Massiliæ Triremium, Generalem Præfectum constituerit.

HONORATVS Prolem propagauit, quæ antiquo decori Familiam restituit, quam vide in Arbore ✠ 9.

STEPHANVS filium suscepit

ANTONIVM

RAYNERII patrem, qui genitos habuit Honoratum, Augustinum, Honoratum alterum, Gabrielem, M. Antonium, Corneliam, Aloysiam, & Blancham.

HONORATVS, & GABRIEL S. Benedicti Monaci fuere vitæ exemplo præsignes, quorum ille fortè est, quem Ferdin. Abb. Vghellus inter Episcopos Augustæ Prætoriæ locat, his verbis post annum M. D. LXXII.



Digitized by Google

*Honoratus Lascarus ex Comitibus Vintimiliæ, & Dominis Brigæ, inter huius Ecclesiæ Præsules collocatur ab Augustino ab Ecclesia post Cæsarem Gromium*. De cæteris fratribus alia memoria, preter M. Antonium, non extat.

M. ANTONIVS, humanitate carissimus, genitos quatuor habuit Michaelem Angelum, Petrum Antonium, Donatum, Io. Baptistam, & Corneliam.

MICHAEL ANGELVS elogium solus meretur, at viuens, modestiæ scopus, merita gloriarum spernit encomia, quæ à Regali Principum Celsitudine tunc dignota fuerunt, cùm ob Iurisprudentiæ, cæterarumq; virtutum ornamenta, Nicææ Senator declaratus fuerit. Vxorem habet Matronam, Nobilitate exagerata, ex Præclarissima Grimaldorum Familia, exortam.


PETRVS ANTONIVS, Michaelis Angeli frater, fraterni sanguinis gradui, nec meritis virtutibus intulit præiudicium. Iurisprudentia enim candidatus, & ipse Senator inauguratus est; captaq; vxore, filias tantùm habet Margaritam, Camillam, Theodoram, & Rheneam.



✠ 9. Hono-

Digitized by Google

✠ 9. Honoratus Antonij fil. Stephani frater.




HONORATVS, Antonij filius, Stephani (vt ſuperius diximus) frater, filium habuit

GASPAREM, patrem Honorati, Stephani, & Iohannetti.

HONORATVS adeò ingenij facilitate polluit, vt vtriuſque Mineruæ pariter actus à Sereniſſimis Principibus compertus fuerit; hinc eſt, quòd in arduis, & difficillimis rebus expertus, Emmanuel Philibertus eum Primum à Cubiculo Præſidem addixerit, eiuſque curæ præſtantiora aulæ negotia commiſerit: ex hoc natus eſt Antonius, qui in iuuentute mortis mœſtitiam Parentibus obtulit. Catharina, & Anna Franciſca.

CATHARINA, prudentia, exemplo, moribus, ſanctimonia, vnica; data eſt vxor Paulo à Puteo Iuriſconſulto meritiſſimo, & Senatori, qui multoties ad maiora euocatus modeſtè renuit, de

cuius Gentis laudibus loquendus haud essem, ne, cùm ego Gentilis sim, affectatè loquutus videar, ne attamen Nicensium Gentis procerum merita delitescant, stylum omninò compescere non valeo. Scribunt hanc à Iulia Romana Familia, duce Scribonio Libone à Iulijs propagato, Putei tribunalis constructore, progemmatam Fabricius Petrasancta Nob. Mediolanensis, Constantius Landus, Com. Compiani, & alij, quos in nostris Elogijs I. C. alibi scripsimus, ex qua etiam C. Iulius Cæsar Imperator prodijt, de quibus Henninges, & Ricardo Streinio remitto. Mediolanum primùm, Alexandriam (quæ tunc Cæsarea vocabatur) exindè migrauit, ibique primas sustinuisse scribit Guido Pancirollus, vbi Castra, vbi Rura, vbique Patriam adeò domuit, vt Bonifacium Montisferrati Marchionem hostem in canea ferrea captiuum, Galeatium Vicecomitem donauerit, teste Ludouico ab Ecclesia in Pindemontanis Historijs. (ex inimici qualitate Puteorum conditio arguatur) Fluctuantibus indè factionibus, quæ à Corio lib. 2. describuntur, viginti ex Puteis ab aduersis captiuatis, cæteri vltronei exilio sunt mulctati, quorum alij Nicæam, alij Bugellam, alij Cremonam, alij Ticinum, alij Veronam, alij alias Vrbes commigrarunt; extincta tamen Antonij Nicææ linea, in Cassandra filia iterùm à Io. Baptista Veronensi marito fuit suscitata, vt Petras. ref., ex quo ortus est Ludouicus Pater Antonij, Iacobi Auus S. R. E. Card. dignifs. à Ciaconio vocatus nobilitate generis, iuris scientia, morum laude præclarus; cuius opera, virtutem patefaciunt: Fuerunt ex Catharina, & Paulo filij, preter Ludouicum Iesuitam, Paulus Fr. Capuccinus Concionatorum oraculum, cuius memoria præsertim Veronæ, adhuc recolitur, dum animas quamplurimas à Pitagoreo Biuio disgregatas, ad rectum tramitem perduxerit, Io. Baptista Eques Hierosolymitanus, Antonius Dominus Boioni, Eques in Senatu Nicensi, Alexander, & Amedeus suauissimorum morum Dynastæ; Ad cæteros Gentis non me extendo, qui etiam superstites, Marchionatus, Baronias, Dominia, Sceptraque Copiarum gerunt, sufficit enim, me hoc loci præstantissimos hosce Heroes non ignorare, me Gentilium memoriam colere etiam longinquum non præterire.

ANNA FRANCISCA à Patre data fuit vxor Alexandro Viualdo primæ Montis Vici Nobilitatis Patritio, Priori Magnæ Crucis Sanctorum Mauritij, & Lazari, qui adeò Principum sibi conciliauit gratiam, vt ab eis aulæ delitiæ nuncupatus fuerit.

Pertulit

Digitized by Google

Pertulit Viualda Gens omni tempore, tùm ea in Vrbe, tùm Ianuæ præstantissimos Heroes, de quibus ab Henninges fit mentio; eisque nec etiam inuident geniti, ex hac nobili copia Marcellus, I. C. & Senator, Aui, & Patrui vestigia sectatus, quorum ille primus Præses à Cubiculo, hic Taurinensis Senatus addicti fuere: Viuit adhuc Sanctorum Mauritij, & Lazari Comendator, eiusque apud me extat oratio Typis excussa, habita in laurea Doctoris Aduocati Vercellensis, Equitis eiusdem Religionis; fratres habuit Honoratum, & Io. Baptistam Equites Hierosolymitanos peremptos. Aloysia, & Anna Maria vxoratæ supersunt; cæteri in infantia obierunt. Vxorem verò duxit Camillam supradictam Alexandri Isnardi, & Lucretiæ Lascaræ filiam. De hac præstantissima Gente innumera possent subnecti, quæ tamen cùm longa sint, sub alia occasione locantur; & cùm in his fœminis Honorati linea desierit, ad Honorati secundum fratrem deueniendum, nomine

STEPHANVM, cui exorti sunt filij Bartholomæus, & Franciscus.

BARTHOLOMÆVS genuit Iulium, Franciscum, Io. Baptistam, Bartholomæum, Annam, & Catharinam.

FRANCISCVS verò, Stephani filius, genuit Lambertum, Stephanum, Carolum Fr. Francischanum, Io. Baptistam, Camillam, Catharinam, &

GASPAREM nuncupatum ex Ditione Castellarium, cui nati sunt Franciscus, Petrus Antonius præmortui, Carolus, Franciscus, & Camilla superstites maximæ qualitatis homines.

LAMBERTVS secundus Francisci filius, & ipse nuptus, filiam tantùm habet Franciscam. Vnde ad tertium Gasparis filium, & Stephani, & Honorati fratrem Iohannetum scilicet deueniendum.

IOHANNETVS Humanitatis icon, prudentiæ exemplar, Religionis, & sapientiæ simulacrum, inter quamplurimas oblatas pro nuptijs proceres, Franciscketam Lascaram Augustini filiam, & Honorati Melitæ Comendatoris sororem (cuius supra memini) ex eis selegit, vt rectè pari nubendo. D. Pauli documenta sectaretur, nedum enim Gentis, sed morum parem, dignouit; hinc est, quòd tantæ nobilitatis, & qualitatum vis simul copulata, magis in filiatione refulxerit; & earundem virtus simul vnita fortior euaserit, dum ex his filij omnium gratiarum insigniti, auram vitalem

Digitized by Google

lem exauriuerint, Camilla, Gaspar, & Eminentiss. Io. Paulus.

CAMILLA, spiritualibus exercitijs dedita, se totam Dei culturæ mancipauit; horam non intermisit quin Deum Psalmis veneraretur, diem ferè, qua eius Corpus Sanctissimum non assumeret, ac ferulis mole corpus verberaret; hebdomadam, qua saltem tertio diei seueriori ieiunio macerata non fuisset, viuere vti vixit, beatæ omnium desiuit opinione.

GASPAR primo Iohanneti genitus, quanti faciendus sit parentum, & fratrum arguunt conditiones. Vxore ducta, filios habuit Io. Paulum, Io. Baptistam, Annam Franciscam, Franciscam, Lucretiam, & Camillam, quæ omnes Monachæ reperiuntur, vitæ sanctimonia exemplares, preter

CAMILLAM, quæ Vxor data est præstantissimo Viro Claudio Gentili P. Antonij filio, quem supra memorauimus. Francischetæ Eminentissimi matris ex fratre Nepoti: quæ tamen, viro orbata, sororum lacescita exemplo, idem Monasterium cum filijs duabus ingressa, ibi religiosissimam vitam ducit.

IO. PAVLVS adolescens occubuit.

IO. BAPTISTA inter præcipuos Sabaudiæ Regalis Celsitudinis aulicos omnium votis arbitratus est. Digniores Prouincias sub Principe Mauritio exercuit, & à Victorio Amadeo, ac ab Regia Domina in maxima existimatione habitus; Vxorem habuit Franciscam ex Nobilissima Isnarda Gente, quam supra memorauimus, Alexandri Pilionis Domini, & Lucretiæ Lascaræ filiam, ex qua suscepit

ALEXANDRVM infantem, magno Gentis, Patriæ, ac Prouinciæ luctu diem functum, superstite fratre

IO. PAVLO, qui à Magno Patruo Melitam euocatus, Hierosolymitanæ Equestris Religionis sumpsit insignes, factusque est, adhuc iuuenis, eiusdem Comendatarius, qui adaugescentibus annis, maximæ gloriæ euentum, pollicetur, neque ex Gaspare Iohanneti filio alij Nepotes supersunt, at frater tantùm (quem in arbore intueris) nomine

EMINENTISS. IO. PAVLVS, quem tot Illustrium Virorum merita recludere malui, in hoc enim priscus Lascareus splendor enitet, nec valuit fortuna, quin Gens summis assueta Imperijs, iterùm ad illa resipisceret, & iacturarium priscarum postliminio reuersa, suprema corona, denuò decoraretur; in adolescentia hic quippè vix ingressus, acuminatis gloriæ stimulis, resistere non

valuit,

valuit, quæ quidem excitabant, at magis supra humanum vnica pietas, ac prona in Deum religio, vt ideò vtramque prudentia conciliaret, Religionem simul, ac Militiam selegit, sub Sanctissimo Crucis Melitensis vexillo, orationibus, & armis propugnaturus, quibus cum totis viribus, ac spiritu incumberet; solam humilitatem affectans, ab Eminentiss. Magno Magistro, Comendator addictus est; Grassantibus inde Belli suspicionibus arma cordatè, ac prudenter, Equitibus, & Subditis ouantibus, gubernauit, eiusque fama extra Europæ conterminos prolatata, magna Hispaniarum Regis expectatione, Religionis nomine, Orator est acceptus, qua Legatione sibi Regis amore conciliato, quicquid exoptabile animaduertere potuit obtinuit. (militaris, ac politicæ nedum, sed religiosæ virtutis premium) Legatione peracta, in Gallijs maximis prouentibus auctus, & Magna Cruce donatus est. Anno tandem 1636. Magno Magistro de Paula præmortuo, cunctis applaudentibus ordinibus, suffectus est. Contemptus, quem, modestia duce, in ambitionem habebat, non merita, non Equitum suffragia, non Populi celeusmata, Principatum antiquitus promeritum protraxerat. Non tamen Omnipotens subditorum solatium restringere maluit; quamquam enim vsque ad senectutem, se à dignissimo munere efficacioribus officijs abstinuerit, vitam tamen valetudine felicem, & prosperam ad ætatis centesimum properat. Quem vtinam replicatum in Christianitatis, & Religionis decus, & fulcimentum Mundus videat. Beneficia inde Religioni eidem acta exprimenda remanerent, verùm cùm volumina potius mereantur, ea tantùm Eminentissimi Pietatem demonstrabit Capitale, adeò annui census opiparum constitutum, vt in posterum Triremis absque Ærarij Sancti Iohannis expensis, perpetuò, ad Infidelium, & Pyratarum damna, Mare cum alijs nauigatura sustineatur. Cætera, quæ subaddi possent, præsertim in Turcarum naumachiæ huius temporis profligatione, ne tantos ruboris mores offendam, tanquam legentibus Regionum omnium patefacta intermitto, certus, eius Gloriosissima gesta ab acutioribus Orbis stylis breuiter fore exageratura.

# F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google